





7017 4. 1.  
DIVINO FAVENTE NUMINE  
DISPUTATIONEM  
HOECK NERIANAM,  
DE

# OPERARUM INDETERMINATARUM DETERMINATIONE,

S E U

von

Ungemässener Dienste Ermäßigung

NUPER HABITAM,  
EXCELL. DOMINI AUTORIS

INDULTU

DENUO DEFENDET

D. XXV. DECEMBER. ANNO M DCC XX.

THOMAS WAGNERUS,

LL. AA. S.

OPPONENTE

ANDREA WAGNERO,

LL. AA. S.





## PRO O E M I U M.

**D**e Materia disputationis iuridicae deliberanti ansam dedit Sanctio publica, quam olim An. 1555. Serenissimus Elector Augustus B. M. promulgavit in der Landes- Ordin. rubr. von Baufuhren, in qua, si speciales conventiones Dominos inter eis subditos ratione determinationis non adsint, Decisionem eis Determinationem Regimini suo reservavit, que sanctio non solum P. 2. C. El. 52. ab Eod. Sereniss. Principe 1572. repetita eis declarata, sed eis postea Dec. El. 33. Nov. denuo adiectis insignibus declarationibus confirmata est, ita ut si fortean litigia de ejusmodi operis orientur, Determinationem Legislator summus afferre solus possit. Quinimo nonnullas operas

A 2

dubias

dubias summus Legislator extra omne dubium posuit in N. Eleut. d. a. 1661. Tit. von Cammer-Sachen §. 6. & Tit. von Justitien-Sachen §. 37. uti etiam, quomodo celeriter in his controversiis procedi debeat, prescrivit ib. §. 36. Cum ergo hac Materia non solum sit frequentissima, sed & utilissima, uti praxis quotidiana in Judiciis docet, sapius enim accidit, ut de operarum editione, numero, qualitate, & sic porro, inter Dominos & subditos gravissime orientur lites, cum illi in exigendis operis s. determinatis, limitatis & certis, s. indeterminatis, illimitatis & incertis, contra aquitatem excedant, l. novas, insolitas, ac infinitas, quodammodo, vi extorqueant, j. L. un. C. ne opera a Collat. exig. hi vero debitas operas, quibus Dominis obstricti, pertinaciter recusent, vel limites earum nimis coarctare laborent, vel plane se ab illis liberare contendunt; eam publica dissertatione ventilare, opera pretium duxi, remque omnem in duo capita distribui. Faxit Deus feliciter!

CAP. I.

222 (1) 222

## C A P. I.

### *De fundamento determinandi operas indeterminatas.*

#### §. I.



Perarum significatio in genere est varia, de *Quid sine  
qua videri potest ERHARD Tr. d. Op. Rust. opera.*  
*Conchuf. VI. p. m. 188.* Hoc loco stricte in-  
telliguntur, & dicuntur die Dienste s. Fröh-  
nen, suntque diurna servitia equis, jumen-  
tis, plaustris, manibus, pedibus aut aliis  
etiam modis, gratis, aut modica compensatione, (qua dici so-  
let die Lieferung) interveniente, ad alterius emolumentum ex-  
hibenda, l. i. l. 3. l. 22. ff. d. op. libert. Hinc operæ tales noctu  
regulariter non præstantur, a. l. 137. §. 2. ff. d. V. O. nisi neces-  
sitas aliqua justa urgeat, & periculum domino immineat. e.  
g. tempore belli. HUSAN. Tr. d. hom. prop. C. VI. n. 98. p. m.  
35. BALTHAS. d. op. Subd. c. 3. vel ita conventum sit, quo  
facit ratione excubiarum textus in Seren. El. Aug. Confl. 51. P.  
2. verb. Da aber dennoch derwegen ein verwehrte Gewohnheit,  
oder aber sonderliche Pacta und Vereinigung könnte dargethan  
werden, oder es wäre in gemeinen Kriegsläufften, oder die  
Lehn-Herren hätten abgesagte Feinde, nec etiam die seriatu  
nisi tempore summa necessitat. v. MULLERI Pract. Civ.  
March. Ref. 99. n. 79. p. m. 252. COLERUS d. Proc. Exec. P. I.  
C. 9. n. 68.

#### §. II.

Operæ ha Subditorum & Rusticum ratione quanti-  
tatis s. numeri consueto Jctorum more & loquendi modo *Quid determi-  
nata, quid in-  
determinata.*

dividuntur in determinatas, gemessene oder gesetzte Dienste,  
 & indeterminatas, ungemessene oder alltägliche Dienste, ita,  
 ut illæ dicantur, quæ ad certum tempus, locum, diem, ho-  
 ram, aliasque circumstantias sunt restrictæ, da der Herrschaft  
 die Unterthanen 1. 2. 3. 5. 10. oder mehr Tage in einem Jahre,  
 oder auch eine gewisse Anzahl Tage im Monathe mit Fahren,  
 Dreschen, Heumachen, Botschafft lauffen, &c. Dienste leisten  
 müssen, atque his domini contenti esse debent, nec ultra  
 præfinitum numerum, modum aut qualitatem, aliquid exi-  
 gere possunt, *Confl. El. 51. P. 2.* hæ vero, quæ dependent ex  
 voluntate & arbitrio Dominorum, ita, ut nullo tempore, mo-  
 do, numero, & qualitate sunt circumscriptæ, sed toties in an-  
 no praestari debeant, quoties exiguntur, & opus fuerit. ER-  
 HARD. *all. l. Concl. VII. RICHT. Dec. 98. n. 8. WEHNER.*  
*voc. Ding notul. HAHN. ad Tit. ff. d. op. libert. GAIL. L. 2.*  
*Obs. 62. n. 12. p. m. 410. ubi bene monet n. 13. sed cavendum, ne*  
 illud liberum Domini arbitrium in tyrannidem & Cyclopianam  
 sevitiam abeat, neve ita subditi assiduis operis, angariis &  
 parangariis, graventur, ut non suppetat eis tempus, sese &  
 suos alendi: id si fiat, superior ad querelam subditorum vel  
 ex officio graviter providere & hujusmodi abusus opportu-  
 num remedium adhibere debeat. Civiliter ergo operæ inde-  
 terminatae sunt intelligenda, nempe ut ad aquitatis regu-  
 lam, juxta subditorum fortunam, substantiam, posibilitatem,  
 aliasque circumstantias restringantur. *l. 17-19. 30. 50. ff. d. op.*  
*liberti.* Sie sind in solche Maß und Ziel zu richten, damit die  
 Unterthanen und Dienstleute wieder Gehühr, Billigkeit und  
 Möglichkeit nicht graviret, auch ihnen, sich selbst, Weib,  
 Kinder und Gesinde, zu ernehren, Acker und Güter zu bauen  
 Zeit und Gelegenheit gelassen werde. *BALTHAS. d. oper.*

p. 312.

p. 312. j. BESOLD. *Theſ. Præt. voc. Fröhn*, & hic ſpectandum, non quid extreme per vires, ſed quid commode, his ſalvi, poſſint, inquit MEV. P. 4. Dec. 132. atque hoc iſum eſt, de quo in ſeqq. ſſ. pluribus agetur.

## §. III.

Operæ modo dicta certas denotant actiones ſubditorum, quas regulariter Dominis ſuis hæreditariis, a quibus bona ſua recognoſcunt (dem Lehn nicht dem Gerichts-Herrn) intuitu prædiorum fuorum praſtare debent, ad horum ſcil. neceſſitates & commoditates. Hinc licet interdum in pecuniam mutentur, ipſæ operæ tamen ſemper ſunt actiones, cum in facto conſiſtant, adeoque ante regulariter praſtari non debent, quam eo tempore, quo fuerunt iudiſta. GAIL. d. Arreſt. Imp. C. 10. §. 3. l. 1. ff. d. oper. ſerv. l. 13. §. 2. l. 22. ff. d. op. lib. Quenadmodum vero omnes actiones ſua objecta habent, circa quaꝝ verſantur vel occupantur, ſic e. g. veclura verſantur circa ſimum, die Miſt-Fuhren, circa materias adiſicandi, die Bau-Fuhren, ic. manus verſantur circa ſecundum foenum, das Graß - oder Heumachen, circa fruges demetendus, Getreydig-Hauen und Eindten, ic. ita & per conſequens actiones modo dicta ſuos fines habent, ad quos referuntur. Ergo opera etiam erunt actiones, circa objecta verſantes, ad fines a dominis intentos. Exinde colligere licet, operas, ſecundum objecta atque fines variantes, ſpecies operarum dici. Haꝝ operæ, ita ſpecificataꝝ, exercentur per actus, in tempore exhibendos (e. g. ſceni ſectio fit per ſex aut plures dies, tanquam actus peculiares & certos, ic. literarum transportatio, Bothſchafft-Lauſen, ic. frugum gaſtis & ſtercoris in veches congeſtio Miſt-Laden, innumeraque

*Natura operarum acci-  
rarius explicatur.*

ræque alia juxta observantiam & consuetudinem cuiuslibet loci, vel pacto intercedente, debentur certis vicibus vel actibus, aut sine determinatione actuum & numeri. Ergo dantur certi omnium specierum actus, ad quos rustici seu subditi adstringuntur. Et determinatio hæc secundum species modumque etiam vocatur determinatio secundum qualitatem, & determinatio secundum actus vocatur quoque determinatio secundum quantitatem. Potest itaque hac ratione determinatio certa esse ratione specierum vel qualitatibus, qua incerta est secundum actus vel quantitatem, (e.g. subditi tenentur foenum secare, illud soli expondere, fruges demetere, literas transportare, seminare, it. operas praestare circa ædificia extruenda ac reficienda, sed non constat, quot diebus.) Potest eadem ratione certa esse determinatio actuum vel quantitatis, sed incerta secundum species, e.g. subditi debent vecturas ad ædificia domini toties, quoties requiritur, sed num sub his etiam continetur vectura lapidum ad viam ab ædificiis ad pagum sternendam, incertum ac in dubio est.

## §. IV.

*Operæ inde-  
terminatae ac  
curvatus ex-  
penduntur.*

Uti vero operæ juxta modo dicta possunt esse determinata secundum species vel qualitatem, & secundum actus vel quantitatem; ita possunt esse indeterminatae vel ratione utriusque, quando scil. cuiuslibet generis operas iussu domini omni tempore edere coguntur, wann die Unterthänen thun müssen, was man sie heißet, & sic volle Land-üblische Dienste, vel ratione quantitatis tantum, (e.g. an omnibus per septimanam diebus opera debeantur, nec ne?) vel ratione qualitatis, tantum, quando quidemde operarum actibus & diebus constat, sed quænam species debeantur, du-

rium

bium & incertum est, e. g. si materialium ædificandi, lignorum & vini, &c. vecturas indefinite debent subditi, an vero sub his speciebus etiam vectura materiei ruinarum (des Schutts) & palorum vitium intelligi debeant, ambigitur. Huc refertur, an etiam sub operis venatoriis, nutritio canum, Jagd-Hunde halten und aufzischen, comprehendatur nec ne, it. si subditi agros simo stercorare teneantur, an ad vehendum sumum adigi possint? &c.

## §. V.

Præter species s. qualitatem, & actus repetitos opera-  
rum s. quantitatem, ad eas rite explicandas pertinent circum-  
stantia, quæ accuratius adhuc ponderari debent. Occur-  
runt statim personæ, quæ sunt duplices, Domini scil. qui ope-  
ras exigunt, & subditi, qui illas exhibere debent. De prio-  
ribus notandum; Quicunque vel jure territoriali gaudent,  
vel jurisdictione sive muniti, vel pacto aut præscriptione  
sibi acquisiverunt operas, vel jure directi dominii sibi eas  
reservarunt, illis eorumque heredibus regulariter compe-  
tit jus exigendi operas. GAIL. d. Arrest. Imp. C. 10. §. 2.  
p. m. 253. Qui itaque jurisdictione & modo dictis requisiti  
non gaudent, nec eas exigere possunt, nisi consuetudine  
aliud introductum, ne scil. rustici operis graventur ab iis,  
quibus nullum jus illas extorquendi competit. FRITSCH.  
d. jure pagor. C. 3. Pertinet huc, an e. g. subditi Domino  
ad vecturas prædium nobile ædificandi, zum Bau führen ei-  
nes Ritter-Sitzes, obstricti, ad novas filiorum ædes extruen-  
das operas conferre cogi possint? it. an quilibet filiorum, si  
mortuo Domino divisio terrarum saeta fuerit, operas exi-  
gere possit? Quod ad subditos s. operas præstantes attinet,  
omnes illi regulariter, quicunque possident prædia rustica,

B

nec

*Opera omnia  
examinantur  
secundum cir-  
cumstantias.*

nec privilegio, pacto, consuetudine longinqua, aut præscripione immunitatem naçti sunt, ad operas præstandas sunt obligati. Dicimus vero regulariter, cum & interdum illi, qui plane nulos agros nec prædium possident, ad operas sint adstricti; ad consuetudinem itaque cujusque loci, vel observantiam & pactum speciale, est respiciendum. Refero huc an rusticorum liberi, eorundemque uxores, præstare debeant operas, it, an per substitutum s. subdelegatum easdem possint exhibere. Præter personas consideranda venit circumstantia temporis, quamdiu scilicet, & a quo tempore, operas præstare debeant, an noctu, an cum solis ortu ad occasum, an die feriato, & sic porro. Ulterius meretur attendi locus, ubi nempe præstari solite, an in territorio tantum, an vero etiam extra territorium, it, an in novis bonis vel agris, it, si prædia a Dominis bonis vel agris aucta sint. Post tempus & locum de instrumentis & sumptibus operarum quæri potest: non solum enim propriis instrumentis, ad operas præstandas necessariis, tam animatis (veluti equis, bovibus) quam inanimatis l. g. ff. d. instruct. l. instrum. legat. verum etiam propriis sumptibus subditæ regulariter operas exhibere tenentur. Hinc oriuntur quæstiones, si instrumenta in exhibitione operarum frangantur, vel deteriora redundantur, vel si in præstatione operarum plaustra, jumenta, aliaque instrumenta, ab hostibus vel prædonibus diripiuntur, quis ea reficere & restituere teneatur? it, an, si ultra sex aut octo millaria peregre abire rustici debeant, pro millari grossus sit solvendus? Adjicimus quoque circumstantiam honestatis, cum interdum fieri possit, ut turpes & minus licita opera desiderentur, quibus vel naturæ vel civitatis leges satisfacere prohibent. Tandem & circumstantia mutationis

tationis ratio est habenda, an si ad linum evelendum, (Flachs raußen) subditi sint obstricti, loco harum operarum, si nullum linum seritur, ad tabacum metendum possint adigi?

## §. VI.

Ex modo dictis circumstantiis colligere licet, operas determinatas & indeterminatas dubias esse aut fieri posse in omnibus his nominatis circumstantiis; ita, ut, licet Domini indeterminatas habeant operas vel ratione qualitatis, vel ratione quantitatis, vel ratione utriusque, in ipsorum tamen arbitrio non sit, ratione circumstantiarum easdem in infinitum extenderet, siquidem & hic non ad id, quod viribus omnibus applicatis possint rustici, sed quid viribus salvis commode praestare queant, respicitur MULLER, *Pract. March. Ref.* 99, n. 71, p. m. 151, seq. Ergo ad operas ex parte indeterminatas etiam illas referimus, qua in his circumstantiis sunt dubiae: licet alias recte pro determinatis habeantur, cum JCTorum plurimi, quando de operis indeterminatis scriperunt, has, in circumstantiis dubias, per allegatos & decisos casus etiam ad indeterminatas retulerint.

## §. VII.

Operæ itaque indeterminatae h. l. nobis denotant operas rusticorum, quarum qualitas, quantitas, aut circumstantia, nondum claræ atque indubiae sunt. Scilicet non tantum operæ, ratione quantitatis indeterminatae (die volle Land, übliche Fröhn) cum fine determinatione actuum indefinite servire dominis debent, neque opera ratione qualitatis indeterminatae, (die ungemeßene Fröhn) cum fine specierum determinatione omnis generis operas subire tenentur, disputationem nostram ingrediuntur; sed omnes operæ, praeter quantitatem & qualitatem in circumstantiis tantum du-

*Applicantur  
circumstantiæ  
explicate ad  
operas deter-  
minatas &  
indeterminatae.*

*Explicatur  
presibus, quid  
nobis b. l. sint  
opera indeter-  
minatae.*

bix, ut determinatione quadam Serenissimi opus habeant, hic in censum veniunt Quodsi consuetos & receptos titulos paulisper immutare liceret, dixerim, circa operas dubias, harumque determinationem, nostram operam ver-  
fari.

## §. VIII.

*Dividuntur  
opera in gene-  
re, in ordina-  
rias & extra-  
ordinarias, in  
equestres &  
manuales.*

Operæ vero proxime a mediis, quibus præstantur, dividuntur atque sic sunt vel equestres, vel manuales. Et quidem equestres, Pferde-Wagen-oder Spann-Dienste, jumentis & plaustris ab illis, qui equos vel boves jugatorios, Zug-Dieh, possident, præstantur, quo pertinent opera ruricales, Pfug-Dienste, it. frumenta, ligna, vina, & si quæ alia Dominis proveniunt, in ædes Domini convehere, fimum in agros avehere, arare, rastro planare, foenum cæterasque fruges in horreum Domini veherem: Manuariae vero manibus vel alias corpore ab illis, qui vel nullum vel non multum agri habent, præstantur, nam hi ad manuarias solummodo operas, zu Land-Diensten tenentur, hineque vocantur, Hand-Tröhner, Kottasen, Hintersättler, Häufler, Gärtner, quorum opera in frumento secando, Getreid abschneiden, foeno secando, Heumachen &c. consistunt, it. literas transportare, operas suas in linum, fimum, stercorationes, trituras fruges, venationes, & ad ædificia extruenda & reficienda, conferre, & quicquid usquam operarum manualium esse potest, præstare nonnunquam tenentur. Atque haec opera, equestres scilicet, & manuales, secundum causas vel necessitates variant, unde haec utraqque vel ordinaria sunt vel extraordinariae. Et quidem ordinariae s. consuetas Land-gebräuchl. Herren-Dienste, dicuntur illæ, quæ regulariter singulis annis secundum provinciam vel certi aliqui

cujus

cuius locj consuetudinem præstantur. Huc referuntur apud  
 nos in Saxonia die Bau-Führen, Lands-Ordn. d. An. 1555.  
 Tit. Bau-Führen §. demnach, ubi constitutum, quod subditi  
 suis dominis, iheren Erb-Herrn, devincti sunt ad operas ratio-  
 ne extruendorum in feudis ædificiorum. Ubi sub voca-  
 bulo des Erb-Herrn in dubio intelligendus est is, a quo sub-  
 diti bona sua recognoscunt, dem sie mit Lehen, Zinsen und  
 Fröhnen zugehören; unde contingit, ut nonnunquam Prä-  
 fectura debeat, die Bau-Dienste aus des Amts-Erb-  
 Büche, denen Erb-Herrn ex Constit. Provinc. ceu resp. F. J.  
 L. Nov. 1705. Excell. Dominus LUD. MENCKE in Theor. &  
 Prax. Pand. P. II. L. 38. Tit. I. §. 4. p. 1043. Extraordinaria  
 vero seu inconsueta, ungebräuchl. Herren-Dienste, quæ con-  
 tra consuetudinem, sed saltē in casu necessitatis, e. g. tem-  
 pore belli, pestis, metuenda invasionis, exiguntur, quo per-  
 tinent excubia, die Bewachung des Ritter-Sitzes juxta P. 2.  
 Conft. El. 51. & Erl. der Lands-Gebr. d. An. 1661. Tit. von  
 Cammer Sachen §. zum Gebäuden, atque hæc non aliter de-  
 bentur, nisi inter Dominum & subditos de iis præstandis spe-  
 cialiter conventum j. Erl. der Lands-Gebr. d. An. 1661. d. I. &  
 P. II. C. El. 51. vel aliter in loco observatum FRITZSCH.  
 d. Traß. Cap. 8. n. 5. vel summa necessitas, uti dictum, adsit,  
 v. textus allegati ex Ref. Grav. & Conft. El. 51. In dubio  
 itaque, quando quaritur, quænam species sit usitata vel  
 inconsueta, ante omnia pača sunt inspicienda, nec non  
 consuetudines, quæ si deficient, antiqua loci observantia  
 attendenda BALTH. d. op. subd. cap. II. Hinc operarum  
 species vel qualitas, in uno loco consueta, in alio sape ha-  
 betur pro inconsueta seu extraordinaria. Merentur hic  
 verba adjici, quæ habet BALTHAS. d. l. de hac materia,

ex Bayr. L. R. Tit. 22. art. 6. dasjenige Dienst und Arbeiten, welche gemeinigl. durch gedingte Ehehalten, Dienst, Knecht und Mägd verrichtet werden müssen, nicht zu denen Land- übelichen Frohn-Diensten gehörig seyn: als Holz kliben, dasselbe und das Wasser in die Küche tragen, Obst schelen oder schnitzen, knetten, backen, waschen, fegen, auskehren, einheizen: inter consuetas vero referri posse, ackern, säen, Gräben machen, meyzen, heyen, Frucht schneiden, und heimführen, Hopfen brechen, Obst abnehmen, Ruben haupten, Flachs oder Hanff liechen, brechen, Haarieffen, spreiten, Wasser schöppfen, und führen, item treschen und spinnen (wenn solches von Alters herkommen oder in den Seel Büchern begriffen, oder wenn es also bedinget worden) Boten lauffen ic. daß doch derentwegen, wenn es über ein Meil, ein gleichwohl geringer Lohn, als sonst, bezahlt werde, doch sey niemand außer Land (es sey denn auf den Gränzen) zu laufsen verbunden. j. N. Erled. d. An. 1661. Tit. von Cammers Sachen §. 6. Ergo hac in parte, uti in tota operarum materia, observantiae ante omnia habenda est ratio, adeo, ut nihil generaliter definiri possit, sed ad cuiuscunque Provincia, Praefecturæ pagique, usum & observantiam respicendum, qua in quovis loco diligenter exploranda, & ex eadem decisio desumenda est. Confil. Marpurg. V. 4. Conf. 43. n. 34.

## §. IX.

Determinationem itaque operarum indeterminatarum ita definire licebit: Quod sit operarum secundum qualitatem, quantitatem & circumstantias, dubiarum prævia causa cognitione a summo Magistratu facta limitatio, ne rustici, nimiris operis exhausti, ad proprias necessitates curandas inepti, aut Domino opere inutiles reddantur. Limitatio

*Definitio Determinationis  
operarum indeterminata-  
rum.*

mitatio ergo sit semper in ea qualitate, quantitate, aut circumstantia, quæ dubia est, de quibus in præced. ss. dictum est. Cujus rei ex parte exemplum præbet subsequens Decretum in C. W. D. v. T. zu Plotha contra die Pferdner daselbst, quod ad meliorem & clariorem rei conceptum inscrere licebit:

Bir, Friedrich Augustus, von Gottes Gnaden, König in Polen, &c. Herzog zu Sachsen, Giulich, Cleve, Berg, Engern und Westphalen, &c. des Heil. Röm. Reichs Erz-Marschall und Churfürst, Landgraf in Thüringen, Marggraf in Meissen, auch Ober- und Nieder-Lausitz, Burggraf zu Magdeburg, Gesürsteter Graf zu Henneberg, Graf zu der Mark, Rovensberg und Barby, &c. Herr zum Ravenstein, &c. thun fund hiermit und bekennen: Nachdem zwischen Wolff Dietrichen von Taubenheim zu Plotha, Obrist-Wachmeistern, und denen Pferdnern daselbst, wegen der Bau-Fahrten, indem jener, solche aus einem unterm 20. Juli 1665 errichteten Vergleiche ungemein præzendiret, diese aber über deren Unmäßigkeit sich beschweret, Errungen entstanden, auch dahero in Unserm Appellation-Gerichte:

Dass die gesuchte Ermäßigung der ungemesenen Bau-Frohnen von Unserer Landes Regierung zu erörtern am 25. Aug. abgewichenen 1700sten Jahres erkannt und solches Urtheil am 3. Februarii 1701. Leutierungs weise confirmiet und Rechts kräftig worden, hingegen die vor Unserer Landes Regierung mit allem Fleiss gepflogne Verhör und gütliche Handlung, weil der von Taubenheim auf denen ungemesenen Bau-Frohnen lediglich bestanden, sich gänzlichen zer- schlagen.

Als haben wir aus Landes-Fürstlicher Macht, nach vorher

vorher gegangener gnüglicher Untersuchung, solche Bau-Fuhren, der mit einlauffenden Umständen halber, auf zwey Tage wöchentlich hiermit moderiret und herabgesetzet, auch dabey diese Weisung gethan, daß dieselben eigentlich zum Bau und zu nichts anders gebrauchet, nur auf die Ritter-Guths-Gebäude verrichtet, mit nichten aber auf Steuerbare Allodial-Güther, oder andere nicht auf den Lehn-Grunde und Boden, sondern auf der Gemeinde Baustädte stehende Gebäude erstrecket, auch die Heu- und Schneide-Erdte, sammt der Bestell-Zeit ausgenommen, die Fuhren ferner nicht eher, als wenn würcklich gebauet wird, gefordert, solche weder anticipiret, noch zusammen gespahret und nachgehollet, vielweniger in Geld-Abgabe, oder andere Dienste verwandelt, die Bau-Materialien von denen Orten, wo sie am nechsten in gleicher Güte zu erlangen, angeschaffet, und denen Pferdnern dergleichen Dinge, so sie mit ihrem geringen Geschirre nicht gewältigen können, anzuführen, nicht angemuthet, auch die wüste liegenden Bauer-Güther förderlichst an andere Besitzer gebracht werden sollen. Ubrigens ist es bey dem untern 20. Julii 1665. getroffenen Vergleiche gelassen, und haben behde Partheyen diesem allen unverbrüchlich nachzuleben. Uhrkundlich haben Wir dieses Decret mit Unserm Tansley-Secret bedrucken, und beyd Partheyen jedem ein Exemplar davon ausstellen lassen. So geschehen Dresden, am 9. Jauarii Anno 1703.

## §. X.

*Medium Determinationis  
operarum indeterminata-  
rum.*

Medium ergo limitationis vel determinationis operarum indeterminatarum est Summi Magistratus Decisio, prævia tamen causa cognitione. Nimurum quando sunt incertæ ac indeterminatæ opera, & nullæ transactiones, consuetu-

fuetudines aut pacta adsunt, ex quibus illæ definiri possunt, ad Superiorem est recurrendum, si de earum moderatione sive ratione qualitatis, s. ratione quantitatis, s. ratione circumstantiarum sit quæstio, ut is easdem ad arbitrium boni viri reducat, & habita ratione æquitatis, decernat, qua & quanta servitia præstanda sint. BERL. P. 2. Concl. 65. n. 4. MOLLER. ad Conf. El. Sax. 52. P. 2. n. 3. CARPZ. ad Eund. def. 2. BERL. P. 2. Dec. 281. n. 49. KLOCK. d. Contrib. c. 2. n. 53. Unde in Electoratu Saxonico Decisio in causis operarum rusticarum dubiarum reservata est ipsi Electori per Ord. Prov. d. An. 1555. Tit. Baufuhren §. wo und an. verb. wollen wir auf Ansuchen. C. S. p. m. 50. quod repetitum in Conf. El. Aug. P. 2. Conf. 52. verb. Aber in den Fällen, derowegen Moderation von nöthen ist, sollen sie solche Sachen an unsere Regierung remittiren, dawir Inhalts der Lands-Ordnung darüber selbst Weisung thun lassen. C. S. p. m. 174. it. Decif. El. noviss. 33. §. anlangend. ILLUSTR. de BERGER. P. I. Refp. 44. p. 77. CHRIST. HENR. de BERGER. dec. 15. p. 20. ita in causa A. A. L. B. d. J. contra suos subditos zu OG, cum hi de nimis sibi impositis operis apud Serenissimum conquererentur, pendente vero lite Dominus ipfos ad præstationes adigeret, sequebatur re-scriptum d. 24. Maii 1714:

Allermassen wir nun, daß durch unerträgliche Fröhnen und Dienste die Unterthanen ruiniret werden, feines weges geschehen lassen können, und dem J. v. J. nicht gebühret hätte, vor Austrag der Sache die Unterthanen zu denen Fröhnen und Diensten Quæstionis anzustrenzen. Also begehren wir hiermit, ihr wollet ihm, und seinen Gerichts-Verwalter, daß sie vor Erörterung der Sache die Unterthanen zu einem mehreren, als sie nach

denen Landes-Gesetzen zu thun schuldig, nicht anhalten,  
sondern Commissarischer Entscheidung zuförderst ge-  
wartet sollen, andeuten.

& in eadem causa semel adhuc die 7. Septemb. 1714. rescri-  
bebatur:

Zyr wollet nicht allein, was diesfalls in der Haupt-Sac-  
the anbefohlen, so weit es nicht geschehen, gehorsamst ex-  
pediret, und alles möglichen beschleunigen, sondern  
auch dem Gerichts-Herrn, und dessen Gerichtshalter,  
dass sie vor Erörterung der Sache Supplicanten zu einem  
mehrern, als sie nach denen Landes-Gesetzen zu thun  
schuldig, nicht anhalten, und sie hierwieder durch ferne-  
res Verfahren nicht beschweren, sondern Commissari-  
scher Entscheidung zuförderst gewartet sollen, anz-  
deuten.

atque idem obtinet in Ducatu Magdeburgico per *Ord. Jud. Elec. nov. c. 1. §. 12. verb.* Wo aber die Sachen selber der Be-  
schaffenheit seynd, dass sie so fort ohne Mittel zu der Magde-  
burgischen Regierung Cognition gehören, als wenn zwischen  
des Herzogthums Magdeburg Vasallen und dero Leuten der  
Dienste, Bauführern, und andern Praestationen halber, Streit  
vorfällt, sollen selbige so fort bei der Canzley an- und zu schleu-  
nigen Austrag gebracht werden. Ad Cancellarium igitur in  
Saxonia est restricta operarum indeterminatarum definitio,  
ita, ut Magistratus inferior, deficientibus scil. confuerudini-  
bus, pactis & conventionibus specialibus decidere non pos-  
sit; quod si vero adint consuetudines, pacta, vel conven-  
tiones, Gewohnheiten, Verträge oder Abschiede, dicasterius  
judicare permisum, *P. 2. Conf. 52.* Hinc Domini Scabini  
Lipf. Domino de Almpekk quarenti, an verba *Decif. 33.* die  
*Vorberg*

Gorbergs- Gebäude und Hoffreuthen betreffend, so auf des Ritter-Guths Boden nicht gelegen, ad illa quoque adficia, quæ quidem ad feudum pertinent, alleine nicht auf denen Ritterguths-Feldern, sondern andren gelegen, referenda, interpretationem a Regimine Elect. petendam esse M. Jan. 1662. responderunt; atque sic in causa W. D. de T. cuius in priori §. mentio facta, in Supr. Prov. Jud. judicatum:

Daß die gesuchte Ernäßigung der ungemeßnen Bau-Trohnen von unserer Landes-Regierung zu erörtern. Plerumque sit, ut cause deducantur: Zum Vorbeschied.

## §. XI.

Fundamentum ergo determinandi operas rusticorum nostrorum indeterminatas ex Legibus Civilibus de Operis Servorum & Libertorum desumi non potest; cum plane alia fuerit conditio servorum & libertorum, quam quidem hodie Rusticorum nostrorum est. SCHIET. Pr. Jur. Rom. Exerc. 41. §. 41. seq. p. m. 943. licet aliter sentiat BNUNNEM. ad L. I. C. de. Op. Libert. Nimirum uti facile conceditur, generalia quædam de natura & æquitate operarum exin elici posse, & rusticis nostris applicari; ita specialia dominorum & subditorum nostrorum statui, non nisi illustrandi gratia, adhiberi poterunt. Præscriptio etiam vel sola præsumtio, frustra in decidendis operis indeterminatis pro principio decidendi allegatur, cum summus Legislator apud nos sibi reservaverit determinationem; ita ut, si non Pacta specialia, conventiones, & consuetudines adsit, nec præscriptio nec præsumtio attendatur, sed summus, imperans ad boni viri arbitrium, habita æquitatis ratio-ne, decernat.

*Rejicitur  
alii media  
decidendi.*

*Adjiciuntur  
quaestiones in-  
cidentes.*

Varia hic circa media decidendi quaestiones occur-  
runt, ex quibus potiores tantum adduxisse sufficiet. Prima  
est: An Domini per præscriptionem 30. annorum, 6. Sept.  
& 3. dierum, Jure Sax. sibi acquirere possint operas indeter-  
minatas? Evidem non dubitamus affirmativam tueri senten-  
tiam P. 2. C. El. 4. ibique CARPZ. Def. I. BERL. P. 2.  
Concl. 6. n. 1. sicuti enim paſtis, ita & legitima præscriptio-  
ne, jus operas exigendi acquiri omnino potest. ERHARD  
d. oper. Rust. Concl. 10. cum præscriptio legitimus modus ac-  
quirendi Dominii vel jurisdictionis sit, l. 20. C. de paſt. Non  
tamen præscriptio dici potest, si precario zur Beſehe vel ex  
amicitia aut familiaritate, wenn sie aus keiner Schuldigkeit  
oder Pflicht, sondern allein auf Ansuchen und aus Gutwil-  
ligkeit, der Herrſchafft zu gefallen, prælitæ fuerint opera,   
BERL. all. l. n. 7. GAIL. d. Arefl. c. 7. n. 3. seq. STAM.  
de ſerv. L. 3. c. 13. n. 9. p. m. 633. CARPZ. P. 2. Conſl. 4. def. 2.  
nam ex actu hujusmodi voluntario nemini debet inferri  
præjudicium, & non vere dicitur possidere, qui jure fami-  
iliaritatis aliquid tenet, l. 41. ff. d. acq. vel amitt. poss. ab-  
ſque poſſeſſione vero fieri nequit præscriptio, l. 3. ff. d.  
uſurp. Quamobrem requiritur, ut domini operas more  
conſuetuſ exegerint, ac subdituſ continua earum patientia  
continuam poſſeſſionem concesſerint. Sicuti itaque Do-  
mini per præscriptionem jus exigendi operas acquirere  
poſſunt; ita & eodem modo jus hoc iterum amitti, &  
ruficos præscriptione ſe tueri poſſe, nullum eſt dubium,  
P. 2. C. El. 4. Lands. Ordn. de An. 1555. T. von Bau-Führen, §.  
110, quemadmodum enim præscriptio legitimus modus ac-  
quirendi dominii vel juris alicuius dicitur, l. 20. C. d. Paſt.  
ita

ita etiam dominium vel jus alteri quæsumum præscriptione tolli potest, L. 3. 4. C. d. præscr. 30. vel 40. an. ad præscriptionem enim requiritur possessio continua, l. 3. l. 31. §. 1. ff. d. usuc. L. 2. C. d. præscr. long. temp. dummodo a Dominis indicata, sed a rusticis non præstata fuerint, & tempus legitimum elapsum. Dn. HORN. Resp. Claff. VI. Resp. i. p. 315. Oritur exin altera Quæstio: An per solum non usum per longum tempus subditi ab opere operarum præstandarum liberentur, & Domini servitia & operas amittant? Distinguendum est, an rusticci requisiti operas haud præstiterint, & a tempore recusationis s. denegatarum operarum tantum temporis intervallum præterlapsum fuerit? an vero ad operas præstandas non fuerint postulati? Priori in casu nullum est dubium, quin per patientiam Domini amittantur, cum ipsi imputandum, quod remediis contra refractarios non usus sit, illosque ad debita servitia coegerit. Posteriori vero in casu fecus est, tunc enim rusticci s. subditi libertatem haud præscribere possunt, etiamsi per 30. 40. & plures annos eas non exhibuerint, cum Domino possessio nunquam fuerit interversa CARPZ. P. 2. C. 52. Def. 12. Notum enim est, quod in præscribendis juribus negativis præscriptio non currat, nisi a tempore interpositæ contradictionis, & quod Dominus jus operarum semper eodem modo possidere, rusticus autem ad serviendum paratus præsumatur, usus enim habentis libero arbitrio est relictus. MEV. Conf. 66. n. 52. Si ergo opera non debentur nisi indicata, aut petitæ fuerint auf Erfordern und Begehren L. 22. ff. d. Oper. libert. L. 7. ff. d. Usufr. leg. Ita earum præscriptio non prius incipit, quam ab eo tempore, quo quis operas sibi indicatas non præstavit, sed contradixit, & Dominus acquievit. vid. Dn. WERNER.

**HERUS Select. Observ. P. I. O. 76. p. m. 94.** ubi prejudi-  
cium:

Gestalt die præscriptio contra operas nicht anders ih-  
ren Anfang nimmet, als wenn die Dienste denen Unter-  
thanen angesonnen werden, und der Gerichts-Herr bey  
ihrer Verweigerung acquiesciret.

quo in casu Fac. J. L. M. Nov. 1636. resp.

So seyn die Unterthanen solche Dienste und Bausufern  
zu leisten pflichtig; Sie konten denn, wie recht, erwei-  
sen und darthun, daß dergleichen Dienste von ihnen hie-  
bevor auch begehret, und sie doch, nachdem sie sich der-  
selben verweigert, von daran über Rechts verwehrte  
Zeit, unverbrüchlichen bey solcher Verweigerung gelä-  
sen worden, dessen genößen sie auf den Fall billig. V. R.  
W. CREGEL. diss. de Serv. Rus. Pos. 9.

& M. Febr. 1695. Seynd Sempronii Unterthanen alle und  
ieden Bau-Führern zu seinem Ritter-Guthe zu leisten schul-  
dig und fällt Zweifel vor, ob sie auch eiserne Osen von  
Quedlinburg zu hohlen angehalten werden können. Ob  
nun wohl, daß sie solche niemahls von dar abgehohlet, zu ihrem  
Behuff anführen, novis operis autem subditu non debent  
gravari. Dennoch aber und dieweil die Unterthanen vermö-  
ge gemeiner Sächs. Rechte alle und iede Bau-Führern zu ihren  
Gerichts-Herrn Ritter-Sitzen zu leisten schuldig

Confl. 52. p. 2. ibique CARPZ. Def. 1. 5.

dazu sich denn auch dem anziehen nach Sempronii Untertha-  
nen vermöge derer Compactaten und hergebrachter verjährter  
Gewohnheit verbindlich gemacht, und vor diesem töpferne  
Osen im unterschiedene Orten, und zwar auch zu Gera, wel-  
ches ebenergestalt 9. Meilen von diesem Ritter-Guthe, gleich-  
wie

wie Quedlingburg lieget, abgehohlet, und nicht beyzubringen, daß, da von der Obrigkeit ihnen solche Fuhren zu thun anbefohlen, sie sich derer iemahls geweigert, und jene dabej über Rechts-verwehrte Zeit es bewenden lassen,

ad præscriptionem enim libertatis non sufficit solus non usus Domini, sed & denegatio operarum & post hanc lapsus temporis a lege requisiti, L. 6. ff. d. S. P. U. L. 35. Et si necessitas C. de Decur. CARPZ. P. 2. C. 52. Def. ult. Et P. 2. C. 3. d. 23. Et L. 1. Rep. 36.

So mögten sie auch der Abhöhlung derer eisernen Ofen von Quedlingburg zu dem Ritter Guthe sich mit Bestande nicht entbrechen. V. R. W.

Certum ergo est, quod opera, si vel occasio eas exigendi non extitit, vel dominus benignitate quadam in subditis sovendis usus est, per non usum non amittantur, quem in modum nuperrime in c. C. A. v. Brandenstein contra die Anspänner zu Nöckendorf M. Maj. 1720. a Scab. Lips. pronunciatum fuit, cum Dominus de Brandenstein, cuius subditi, s. rustici ad operas indeterminatas obstricti erant, exigeret, daß sie die Teichschlamm-Fuhren zu Besserung der Ritter Guths-Felder verrichten solten, illi vero denegarent sub prætextu, quod per longissimum tempus tales operas non edidissent, & quod ne quidem indictæ fuissent, licet indeterminatas operas, Domino concederent, daß die Anspänner zu Rockendorff, Hanns Thomas Reise und Cons. ihres Einwendens ungeachtet die gesvdereten Teichschlamm-Fuhren zu Besserung derer Ritter-Guths-Felder gleich denen andern Anspännern zu verrichten schuldig, und werden sie hierzu durch Straff-Auflagen, und allenfalls durch Gefängniß billig angehalten, immassen sie auch die verursachten Unforsten

sten abzustatten pflichtig ic. quæ sententia interposita appellatio ad Supr. Cur. Prov. Term. Cruc. 1720. confirmata: daß die eingewandte Appellation in ihren Formalien beständig, und zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachsen, Materialia belangend, erscheinet aus denen Acten alleenthalben so viel, daß in erster Instanz wohl gesprochen und übel appelliret, derowegen diese Sache an vorigen Richter billig remittiret wird, immassen wir sie hiermit dahin remittiren und weisen, es ist aber in Zukunft Appellat zu denen gerichtl. Verhören der Proc. Ord. gemäß die Schöppen mit zu ziehen schuldig. V. N. W. Ad Præscriptionem ergo contra operas probandum merito attendi debet 1) an subditi interpellati operas non exhibuerint 2) an interpellationi contradictione 3) An Dominus acquieverit, & 4) an subditi per triginta & plures annos post contradictionem in quieta manserint possessione, MASCARD. *de Probat.* Vol. 2. Concl. 885. n. 2. p. m. 411. Incidit hic terria quæstio: An per abusum Dominus amittat operas? Resp. Aff. non enim rustici s. subditi sunt mancipia, quando itaque Dominus sui officii atque conscientia immemor est, & subditos ad novas ac plane insolitas, quandoque autem minus honestas operas vi compellit, crudeliter eos tractat, & plus quam leges permittunt, extorquet, juste Domino imperio pertinaciter abutenti jurisdictione in subditos tandem pro re nata auferri potest a. c. 24. X. d. privileg. GAIL. L. I. Obs. 17. n. 1. 2. p. m. 33. Id. tr. de Arrest. C. 10. n. 7. p. m. 254. Dn. PHILIPP. Eclog. 43. n. 1. L. I. CARPZ. L. I. Resp. 53. n. 18. seqq. in operarum itaque exactione humanitatis atque honestatis ratio semper habenda est.

§. XIII.

Supereft finis limitationis aut determinationis ope- Finis limita-  
rarum indeterminatarum, sive fundamentum decidendi tionis aut de-  
primarium, quod partim in eo confitit, ut rustici nimiis terminatio-  
operis non exhaustantur, partim in altero, ne domi- nis est conservatio  
no opera inutiles reddantur, sive usus pradii verus in- subditorum,  
tercipiatur. Quodsi enim domini subditos nimiis gravant & dominorum  
operis, suis hi necessitatibus prospicere non possunt, & ita verus feudi  
cum ipfi exigenti, tum supremo, qui jus territoriale ha- nifus.  
bet, & a quo Vasallus dependet, domino ad onera & servitia  
inepti redduntur. Ex altera parte, si subditi laxare nimis  
frena volunt, inutiles fiunt Dominis subditi, & prædia ſe-  
coli ſatis, aut exquife & pro dignitate conſervari non po-  
ſunt. Subditorum ergo conſervatio in operis nimium ex-  
tentis, & uſus verus & ſufficiens subditorum ac pradii in  
operis a subditis nimis reſtrictis, primarium decidendi fun-  
damentum, ſi dubitatio & lis intervenient, preſebbit. Hinc ca-  
vendum, ne subditis onera oneribus cumulentur, ſed ut  
Ipatium ipſis concedatur ſeſe & ſuos alendi L. 19. 22. §. f. l. 26.  
ff. d. op. lib. GAIL. L. 2. obſ. 62. in f. SIXTIN. d. Regal. L. 2. c. 13.  
n. 49. seq. MULL. Pr. March. Ref. 99. n. 71. p. 250. Nec sub-  
diti per operarum etiam indeterminatarum praefationem  
ullo modo conditionem induunt mancipiorum, ſed liberi  
homines manent. SCHILT. Pr. Jur. Rom. Ex. 41. §. 41. p. m.  
943. Manet ipſis patria potefas in liberos, legitima in ju-  
dicio ſtandi perſona, rerum acquisitio & acquisitorum do-  
minium, cum Dominis æque ac aliis contrahendi potefas &  
inde obligatio, teſtandi facultas, ſuccesſio, &c. HUSAN. d.  
bom. prop. C. 6. n. 24. ſeqq. p. m. 27.

*Ut utrumque fundamentum vel principium eo  
fundamentum vel principium  
eruatur, affu-  
muntur prin-  
cipia subsidia-  
ria.*

Ut vero utrumque fundamentum vel principium eo melius erui & applicari possit, & principia quædam subsidaria, vel specialia quædam decidendi fundamenta assumi debent. Nam i) qualitas subditorum attenditur, an multi an pauci, an divites, an pauperes, it. territorii & loci ac temporis, ne sc. in tempore exigendarum operarum legitima proportio excedatur. Cum enim suum cuique rei tempus sit, ideo & in servitiis ac operis subditorum, non minus tempus, quam alia circumstantia, observandæ. v. GROLM. d. oper. deb. mutat. P. I. C. 2. §. 20. Hinc cum lis oriretur super operis, denen Baufuhrer, quas rustici s. subdit L. B. d. J. deberent præstare, & illi de innumeris sibi impositis conquererentur, sequebatur tale Rescriptum:

Was vor Irrungen zwischen unsren würdlichen Geheimbden Rathen und Cammer-Præsidenten, Herrn Anton Albrechten, Freyherrn von Zimhoff, und dessen Unterthonen zu Oberglaucha der Bau-Dienste halber entstanden, das ist aus bekyndenden 2. Vol. Act. und Inlagen mit mehreren zu ersehen; Nun haben wir zwar dieselben vor unser Landes Regierung allhier in Verhör nehmen, und in Güte zu entscheiden, Fleiß anwenden lassen, wenn aber dieselbe nicht verfangen wollen, und wir euch hierunter Commission zu ertheilen der Nothdurft befunden; Als ist hiermit unser Begehrten, ihr beyderseits wollet euch unverweilt, und sonder Verlust der Zeit, nach Hohenprißniß begeben, und, ob das alte Wohn-Gebäude daselbst noch stehe, auch wie lang, breit und in was Zustande es sey, in Augenschein nehmen, nicht weniger, wie es um des von Zimhoff's daselbst vorgenommenen neuen Bau bewandt, wie weit solcher von dem alten Gebäude abgelegen, und

und wie lang, breit und hoch derselbe angelegt, wie viel Führen und Hand-Dienste dazu nöthig seyn, auch wie lange darüber zugebracht werden möchte, hingegen aber von der Ober-glaucher Unterthanen, deren Güther, Schiff und Geschirre, Zustande, auch der Zahl der Personen, so die Dienste thun sollen, ingleichen wie viel deren in Priesnitz, so zehn Tage darzu Hülffe leisten, mit Fleiß Erfundigung einziehen, und Uns, wie ihr es allenthalben befunden, mit Beyfügung der Acten, ungesäumt allergehorsamst, und euren Pflichten nach, berichten. Inzwischen aber, und weil Wir die Sache balde, denen Landes-Gesetzen gemäß, zuerstern gesonnen, die Ober-Glaucher Unterthanen zu Leistung der Bau-Dienste, iedoch salvo Jure, auch vorgestalt, daß dieselben an Bestellung ihrer eigenen Haushaltung nicht gehindert, auch bey bevorstehender Erndten-Zeit darmit verschont werden mögen, behörige Verfügung thun, und an Expedition alles dessen euch durch einiges appelliren nicht irren lassen. An dem geschicht Unsere Meynung datum Dresden am 6. Julii 1706. 2) attendi debent observantia speciales in casibus similibus, nec non statuta Provinciae alicujus specialia. 3) Observatur consuetudo provincia generalis, quæ in variis Germaniaæ provinciis varia quoque obtinet, GAIL. L. 2. Obs. 62. n. 12. sic apud nos aliis in locis sunt determinatae, in aliis indeterminatae, in Marchia e contra ex consuetudine provinciæ semper presumuntur indeterminatae, MULL. Praef. March. Ref. 29. n. 70. p. m. 251. 4) Paœta conuenta & transactiones Dominos inter & subditos bene merentur attendi, cum per P. 2. Const. El. 52. uti supra dictum, Dicasteriis hoc in casu judicare permisum. Potest enim subditus conventione se suumque prædium ob-

ligare, conditionemque suam reddere deteriorem, l. 22. C. d. agric. & Censit. STAMM. d. serv. pers. L. 3. c. 12. n. 5. seq. ut & Dominus remittere potest operas & servitia: sic lite mota inter der Gemeinde zu Grädefeld, Grahdorf und Portig, und Frau Sophien Elisabeth von Döringin, cum hac exigeret indistincte die Bau- Führen, subditi vero allegarent certam transactionem, vulgo den Deutscher Anschlag dictam, in qua ratione harum operarum de certa qualitate & quantitate conventum, pronunciatum a Scab. Lipsi. M. Mart. 1663. Daraus so viel zu befinden, würde Beslagte durch einen Curator die sub A. fol. 24. bestdl. Registratur gebührlichen recognoscire, massen ihr zu thun oblieget, so seyn Klägere die gefoderte Pferd- Hand- Bau- und andere Dienste andergestalt nicht, als auf Maße und Weise des vorigen Besitzers Heinrichen von Leuzschens unterschriebene Anschläge, Erb- Register und Rauff- Briefe besagen, zu leisten schuldig, und werden demnach des Arrests vhn Verzug billig erlassen, qua sententia demum ab eodem Dicasterio M. Maj. 1666. confirmata est:

Dieselbe Beslagter die producire Registratur sub A. so wohl die Documenta sub A. ♀. ♀. ♀. nummehr zur Nothdurft recognosciret, so hat es bey dem am 10. Martii anno 1663. gesprochenen Ulthel allerdings und erkandter massen sein Verbleiben, und mögen Klägere zu einem mehrern nicht angehalten werden. Denique s.) communis aequitas ante omnia consideranda, Dominorum enim savitiae ac inhumanitati non est nimium indulgendum, sed servitia ita sunt moderanda, ut conditio humana ferre possit, ac necessitatibus & imbecillitatis hominum communis ratio habeatur, tempusque & occasio querendi alimenta concedatur. L. 19. ff. de

*de Op. Libert. GAIL. L. 2. Obj. 62. n. 13.* Notatu digna sunt verba, quæ allegat CREGELL diff. Diff. Pof. 3. quæ hic adiicere licet:

Da muss der arme Mann immer fürspannen, und zwar nicht allein den Herrn selbst, sondern ist die Frau, bald eine Jungfrau und Schlußerin, denn jemand fremdes wegführen oder wieder hohlen. Ist einen Arzt, denn einen Juristen, etwa auch wohl einen Juden, und will man bisweilen mit den Pferden, so der arme Mann hat, nicht zufrieden seyn, da sollens Scheiben, Schimmel, Rappen, Bläffen oder einerley Farb seyn.

Ex his ergo principiis jam capite secundo decisiones ordine deducere animus est.

## CAP. II.

### *De ipsa Determinatione operarum indeterminatarum.*

#### §. I.

**A**paret ex Capite primo, operas indeterminatas tales esse *Operæ indeter-*  
diversis modis; sunt scilicet indeterminatae vel secun-*minate tales*  
dum qualitatem & quantitatem simul, vel secundum qualita-*sunt diversis*  
tem tantum, vel secundum quantitatem tantum, vel fe-*modis,*  
cundum circumstantias tantum v. §. IV. coll. §. VII.  
Porro opera omnes, & ita etiam indeterminatae, vel sunt  
equestres, vel manuales, utræque vel ordinariae, vel extra-  
ordinariae v. §. VIII. Ergo de ordinariis equestribus se-  
cundum qualitatem, quantitatem & circumstantias, de or-  
dinariae

dinariis manualibus secundum eosdem respectus dubiis agendum erit. Hoc facto adjiciuntur opera extraordinaria dubia, secundum quemcunque respectum: ut hoc modo omnium determinatio appareat.

## §. II.

*De determina-  
tione opera-  
rum ordinari-  
arum equestris.  
um secundum  
quantitatem  
dubiarum.*

Primo itaque loco venit determinatio operarum indeterminatarum ordinariarum secundum quantitatem dubiarum. Ad Ordinarias in Sax. Electorali referri eas, qua ad um secundum edificia nobilium extruenda pertinent, die Bau-Fuhren, nullum est dubium, ut videre licet ex sapientia allegata Ord.

*Prov. de Ao. 1555. tit. Bau-Fuhren. C. S. p. 50. P. 2. C. El. 52.*

*Decis. Nov. 33.* in quibus textibus tamen certi aliquid de diebus, quot dies praestare debeant operas per septimanam, itemque locis, wieviel Meilen und wohin sie fahren müssen, non dispositum sed arbitrio summi Legislatoris reservatum est. Quapropter in hoc §. inquirendum erit, quot actus aut dies a subditis, ubi haec quantitas indeterminata est, jure possint exigi. Præter pacata ergo conventiones & consuetudines expendi debent, an his vecturis subditi inhabiles ad proprias necessitates reddantur, nec ne? Dominus itaque, cui subditi sive rustici operas debent indeterminatas, illas per septimanam ad 6. dies extendere non potest, cum subditi hæ ratione nil habeant residui temporis, quo sibi victum comparare, & domesticis necessitatibus prospicere possint; id quod in primis per messes zur Erntzeit, observandum, nam & opera indeterminata sive habent terminos, & ad arbitrium boni viri reduci debent CARPZ. L. I. Resp. 54. n. 8. sic in c. L.B. de I. contra subditos Rescripto in C. I. §. XIV. n. 1. allegato clausula inserta est:

Ge

Gedoch salvo jure, auch vergestalt, daß dieselben an Bestellung ihrer eignen Haushaltung nicht gehindert, auch bey bevorstehender Erndten-Zeit damit verschonet werden mögen, conf. Decretum in c. Taubenheim #: die Pferdner zu Plotha C. i. §. IX. adductum, verbis: Wir haben solche Bau-Fuhrern der mit einlauffenden Umstände halber, auf zwey Tage wöchentlich hiermit moderiret, und herabgesetzet ic. it. Die Heu- und Schneide-Erndte, samt der Bestellzeit ausgenommen. In Marchia etiam tempore mesium presertim sceni colligendi, Heu-Erndte licet omni die, & secundum consuetudinem Marchicam indeterminata operas subditi præstare teneantur, 2. vel 1  $\frac{1}{2}$  Tag in der Woche subditis relinquuntur, ut scil. suos quoque fructus colligere & domestica curare possint, ne illis tempus & materia se suosque alendi deficiat. l. 22. l. 17. ff. de oper. libert. Mull. Praef. March. Ref. gg. n. 84.-77. p. m. 252. Ad quantitatem refero questionem: An dominus subditis injungere poslit, ut in abitu plaustra aut vchicula onerent, daß sie benn Wegfahren laden, & in recursu nova onera suscipiant, auf den Rückweg wieder laden müssen, e. g. avehere hordeum, revehere cerevisiam. Ante omnia videndum est, an certa ad-sint conventiones, secundum quas res decidenda. Sic quoniam in conventione inter Dominum Jurisdictionis Christianum von Klengel zu Hohenpriesnitz und Oberglauche & subditos Ao. 1629. inita sequenti modo transactum est:

Dafß wenn der Gerichts-Herr und dessen Nachkommen oder künftige Besitzerne einige Baufuhrern von denen Unterthanen zu Baudiensten oder sonst zu anderer Bedürffnis von nöthen haben und fordern würde, sodann ihnen eine Fuhr von zwey, dritthalb oder drey Meilen zum Excapel nacher Leipzg

pzig, Torgau, Wurzen, Delitzsch, Bitterfeld hin und her zwey  
 Fuhren für einen Tag angeschlagen werden, und im Hinfahren  
 auch nothwendige Dinge an Getreydig, Vichtualien, Hauss-  
 rath und dergleichen mit aufzuladen, und an Ort und Stelle  
 zu bringen, auch auf und ab zuladen schuldig seyn sollen. Nul-  
 lum ergo hoc in casu & in similibus est dubium, quin juxta  
 conventionem subditi has operas praestare teneantur, ita  
 & in Marchia in recursu auf dem Rückwege, quædam neces-  
 saria vel cibaria convenerere debent rustici, non tamen gravi  
 pondere aut grosso modo mit großer Last five Fassen Bier, sunt  
 molestandi, MULLER. d.l.n. 6s. 66. Quod si vero speciales  
 deficiant conventiones, licet subditi operas debeat indeter-  
 minatas, tamen non sunt obligati, ad onera avchenda, &  
 alia revchenda, cum servitia strictissimæ sint interpretationis  
 a. c. 15. d. R. I. in 6. Porro & personarum, quot scil. sint,  
 quæ operas praestare debeant, in vecturis determinandis aliquis  
 respectus habendus erit, quo sum pertinent verba in Ord.  
 Polit. de Ao. 1555. tit. Bauführen §. Wo und an welches: hoc  
 modo: Wollen wir auf Ansuchen sie beyderseits nach Gele-  
 genheit der Gebäude, der Leute Vermögen und Anzahl &c.  
 entscheiden, und solche Bau-Fuhren mässigen lassen. Si. v. g.  
 duo tantum in uno pago sint, qui equos alant, Pferdner,  
 Dominus vero indeterminatas operas habeat, res eo erit redi-  
 genda, ut intra certum tempus certam quantitatem avchende-  
 re teneantur, non vero ut omni die operas junctim praestent.  
 Nam alias ambo jumenta sua deteriora faciunt, & sibi non  
 possunt prospicere. Ubi vero conventiones adsumt, res non eget  
 ulteriori decisione, e.g. 4. Bauführen, zwischen Martini und  
 Lichtmes, ura conventum inter Dominum quondam Jurisd.  
 zu Zobigk und Prödel & inter subditos, qui equos alunt,

de-

denen Pferdnern d. Anno 1582. sequentem in modum.

Es sollen auch diejenigen, so um das Lohn spinnen, dem Juncker gleichfalls um gebührenden Lohn zu spinnen schuldig seyn, und sollen die Hintersäffer ihren Junckern des Jahrs 4. Tage zu seinem fürstehenden neuen Gebäude an dem Ritter-Guth die Handfröhne um gebühliche Lieferung Essens und Trinkens, die Pferdner aber 4. Tage Bausuhren, zwischen Martini und Lichtmesz zu leisten schuldig seyn, dagegen der Juncker auf ein jedes Geschirr ein Viertel Hafer Leipzigisches Maases und ein Bündel Heu, und dann, wenn sie ausgespannet, und abgeladen haben, eine Suppe samt Käse und Brodt, desgleichen auch eine Kanne Bier zur Lieferung stets geben und reichen soll, jedoch daß solches alles, wenn die Leute in denen Wegen fortkommen, was tüchtiges laden, und ohne derselben Schaden geschehen und angefertlet werden möge, die Besserung des Gebäudes aber mag der von Gehosen auf seine Unkosten verrichten.

### §. III.

Missa jam quantitate, quomodo opera ordinaria e-  
questres indeterminatae, qua secundum qualitatem sunt du-  
bita, moderari debeant, dispicimus. Regulariter juxta Ord.  
Sepius allegamat & Constat, rustici seu subditi operas adificio-  
rum die Bau-Fuhret praestare debent, an vero indistincte  
sub hoc vocabulo omnes omnino intelligantur opera, qua-  
ullo modo ad adificia referuntur, aut referri possunt, non  
expediti juris est. Praesto sunt rationes decidendi, si obser-  
ves, quid sint vectura ad adificia exstruenda; sunt enim  
omnium materiarum, qua ad adificia nobilia, die Ritter-

*De determina-  
tione opera-  
rum ordinari-  
arum equestris  
um secundum  
qualitatem du-  
biarum.*

E

Gis

Size, necessario requiruntur, congestiones, ut sine impedimento extrui possint. Ergo omnia quæ ad has non pertinent, nullius erunt obligationis, nisi aliter conventum sit, id quod ex subsequentibus exemplis clarus patet. Debentur vero saltem regulariter opera equestres ad officia, so würtlich in der Hoffreuthe, non vero extra fundum officia Domini sita sunt, Dec. El. 33. §. anlangend verba die Forbergs-Gebäude, sic in c. Domini Reesens ;; die Pferdeuer zu Zöbigker, qui quotannis quatuor dies vecturas officiorum juxta recessum seu conventionem præstare debent, decisum fuit, cum Dominus Jurisdictionis, der Erbherr debitas operas quatuor dierum die vier Baufuhren zu den vorhabenden neuen Bau derer Herrschafft. Gebäude, bey 2. Neuschöck Straße oder 14. Tage Gefängniß subditis injungere, hi vero hac injunctione gravati remedio Leuterationis uterentur, & pro gravamine allegarent: Dass er diese Fuhren nicht zu der Hoffreuthe selbsten, sondern zu Erweiterung der Hoffreuthe zu einem Stückgrund und Boden, so er von der Gemeinde gekauft, verlangete, und sie außer der Hoffreuthe solches zu thun nicht schuldig, hoc vero non probaret, pron. F. J. L. M. Maj. 1719. dass es eingewandter Leuterung ungeachtet, in Erwegung dass die angesonnenen Baufuhren zu einem Gebäude, welche außerhalb des Ritter-Guths Grund und Boden gelegen, erforderlich würden, angeführt nicht zu befinden, bey der fol. r. b. befindlichen Auflage billig zu lassen, quæ sententia post interpol. appell. ad S. C. P. L. Term. Cruc. 1720. confirmata est: Dass die eingewandte Appellation in ihren Formalien beständig, und zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachsen; Materialia belangend, erscheinet aus denen Acken allenthalben so viel, dass in erster Instanz wohl

wohl gesprochen, und übel appelliret, dahero diese Sache an  
vorigen Richter billig remittiret wird, immassen wir sie da-  
hin remittiren und weisen. Cum itaque in all. Dec. nov. 33.  
expressis verbis res hæc sit decisa, merito omnino ad operas  
indeterminatas potest applicari, cum consuetu more, & pro-  
rarione consuetudinis provinciæ explicari debeant. Quini-  
mo nisi hic ejusmodi limites statuerentur, illimitata fierent  
operae; cum continuo in utilibus ædificiis fatigare dominus  
subditos, & vecturis hos cum jumentis graviter onerare fa-  
cillime posset. Quæritur porro h. l. An vecturæ ædificio-  
rum, quando seil. rusticæ ad operas indeterminatas obligati  
sunt, extendi possint ad materias ruinarum avehendas, auf  
Abräumung des eingefallenen Wohnhauses? quod regulari-  
ter negandum est, cum in Ord. Pol. aliisque textibus saltem  
sit mentio der Bauhaußren zu denen Gebäuden zu thun, *Conf.*  
*Berl. P. 2. Concl. 65. n. 7. CARPZ. P. 2. C. 52. def. 4.* nam ver-  
ba zu denen Gebäuden ostendunt, strictissimæ enim interpre-  
tationis sunt, quod ipsis ædificiis tantum, non ruinis ædificio-  
rum vecturæ rusticorum sint adhibenda. Atque ex ea ra-  
tione non obligati sunt subditi ad lapides viis extra ædificia  
sternendis avehendos *Pflaster-Steine anzuführen*, cum  
hæc opera ad exstructionem ædificii non pertineant Berl. d. l.  
nisi speciales adhinc conventions. Nam licet hæc opera in-  
determinata esse possint ratione quantitatis, non tamen ratio-  
ne qualitatis statim tales præsumuntur, ac si seil. ad omnes  
omnino species possint extendi. Sic subditi non tenentur  
ad operas circa exstructionem sepulchri in loco templi, cuius  
Patronus est Dominus, cum etiam hæc sub vocabulo derer Bau-  
frohnen non contineantur, nisi sit sepulchrum familiare sive  
hæreditarium, atque simul ad partem fundi feudalis referatur

talisque extensio recepta sit. *conf. Dec. El. 33. v. SCHILT. ad ff. Ex. 21. §. 35. p. m. 220.* Operæ sepius dictæ non possunt ampliari zu Anführung derer Bret. Klözter it. Plancken zu Vermachung derer Gärten, prout resp. Scab. Lips. ad C. Schindlern m. Aug. 1663 HORN Resp. Clasf. VI. resp. 16. p. 347. j. illuſtr. de BERGER in Suppl. ad El. Disc. For. p. 2. p. 200. 201. licet sint obligati ad afferes, Breter, advehendos, eeu resp. Scab. Lips. an J. Q. von der Pforte m. Febr. 1668. it. nach Bendorf an die Gerichte M. Nov. 1698. nam hæc omnia non sunt materia novorum ædificiorum necessaria, licet indirecte huic aliquo modo reduci, & quasi trahi, queant. Pariter cum servitia sint strictissimæ interpretationis, non sunt obligati ad aulae, Tapeten, advehenda, quippe quæ & similia ad ornatum, non ad exstructionem ædificii necessariam pertinent. Eodem modo sub voce derer Baufrohnen non intelligitur materia laterum vectura, Siegel-Erde anzuführen, ita resp. Scab. Libs. nach Preßmarck an die Hüffner m. Jul. 1668. nec die Anführung der Erde zur Umschüttung des Füllmündes wieder das Abspielen des Wassers, sic resp. modo laudati Dni. Scab. an die Brandensteinische Gerichte zu Zöhsen, m. Jul. 1709. nec ad vecionem lapidum, ex quibus calx coquitur, ungebrandter Kalksteine it. Anführung Büttner-Holzes Hopff-Stangen, Hurden-Stangen, Pferd- und Kuh-Kripfen, und Reussen, uti modo dicti Scab. resp. an N. Schnabeln m. Mai. 1699. cum hæc omnia pariter immediata materia ædificiorum haud sint, licet tales fieri queant. E contra, cum ad lapides ædificii exstruendi vchendos obligati sint, tenebuntur etiam ad lateres vchendos, & omnes species lapidum, ædificio necessarias, nam par harum omnium respectu usus ratio est. Intelligitur exin, quod operæ, quæ circa eadem fere

fere objecta versantur & nullam laboris aggravationem par-  
 riunt, æquipolleant, uti qui ad sumum vehendum tenentur  
 zu Mist-Fuhren, etiam teneantur ad die Teichschlamm-Fuh-  
 ren auf die Ritterguths Felder prout pron. in c. von Bran-  
 denstein :/ die Anspänner zu Rockendorf cujus mentio facta  
 in §. 12. Cap. i. quia sumus & terra piscinarum coe-  
 nosa genere stercoris conveniunt, ad stercorationem  
 uraque materies adhibetur, & sumi vecturæ fieri non de-  
 bent, dum alterius stercoris vectura fiunt. Rustici quoque ad  
 arandum quotannis 3. petias terræ Arten, pro injiciendo ac  
 seminando hordeo obligati, easdem arare coguntur, si do-  
 minus fundi non hordeum sed avenam injicere velit, cum  
 idem sit decidendi principium, quia scil. æquivalentem rati-  
 onem habent, & operarum debitorem aut nihil aut parum  
 admodum gravant; imprimis cum alias sepe servitia Domi-  
 no nulli unquam forent usui. BALTHAS. *de oper. Rust.*  
*C. 16. p. 400.* Inter principia subsidiaria Cap. I. consuetudi-  
 nem provinciarum adduximus, ergo ad operas inconstutas  
 extendi specierum ratione opera etiam indeterminata non  
 possunt. Qui ad custodias prædii nobilis, des Rittersiges,  
 obligantur indefinite ratione quantitatis, non tenentur ad  
 custodias viarum, equitando præstandas, Straßenzuberei-  
 ten. Qui res domini mobiles avehere, quounque velit,  
 adstricciunt, non ideo retia venatoria ad venandum trans-  
 ferre, aut feras bestias domum vehere obstringuntur, nisi  
 consuetudo loci vel provincia hoc introduxerit. Recenset  
 harum specierum, quarum extensionem negat, plures usque  
 ad decem & quinque GROLMANNUS *de oper. deb. mutat.*  
*P. 1. C. II. §. 14.* Neque ad mere domesticas vecturas, e.g.  
 Holz in die Küche, und zur Haushaltung anzuführen extendi

E 3

ordi-

Ordinariz vecturæ possunt, quo respexit Serenissimus in decreto in c. Taubenheim :/ Subditos, cuius mentio facta in §. 9. Cap. I. verb: Dass dieselben eigentlich zum Bau und zu nichts anders gebrauchet. Nam opera, etiam indeterminata, ad usum & emolumentum prædii, quod vasallus in feudum accepit, non ad usum familiarum & domiciliorum domesticum regulariter debentur. Alia res est, cum operas adiliatas die Baudienste non tantum ad sedem Domini, sed etiam ad adiusticia, hac sede non inclusa, præstare tenentur Dec. El. Nov. 33. §. anlangend; jedoch daß sie auf des Ritter. Guths Grund und Boden liegen, ita ut operas zu Aufführung derer nothigen Bau-materialien bey der Schneide Mühle, welche zum Ritter. Guth gehöret, exhibere debeant, ut resp. Seab. Lipsi. in c. Christoph von Arras m. Febr. 1663. sequentem in modum:

Auf eure an uns gehane Frage sprechen wir Churfürstl. Sachs. Schöppen zu Leipzig vor recht: Gehöret zu eurem Ritter. Guth Cossa eine Schneide Mühle, welche ihr, nachdem sie bei jüngster Kriegs Unruhe in Ruin gerathen, vor ohngefehly zwen Jahren wiederum aufgebauet, worzu denn eure Anspänner ihre schuldigen Bau-Fuhren gebührend gethan und verrichtet, und hierinnen die geringste Verweigerung nicht verspüren lassen. Als aber kurz verrückter Zeit durch unverhofften Wasser-Schaden dieselbe in Verderb gerathen, und ihr nunmehr Vorhabens seyd solche zu repariren, auch alle benötigte Materialien hierzu angegeschafft, und hierauf überwehnt den euren Anspännern anbefohlen, die schuldigen Bau-Fuhren, wie hieb vorworn geschehen, darben zu verrichten, wollen sie sich selbiger voritzo ganz und gar entbrechen, unter dem Vorwand, sie wären solche Bau-Fuhren zu thun nicht schuldig.

schulbig. Ob nun wohl ermordete eure Unterthanen in denselben Gedanken stehen möchten, dieweil die Schneide-Mühle mit dem Ritter-Sitz unter einem Dach nicht begriffen, sondern davon etwas entlegen, daß sie dahero Bau-Führen darzu zu thun nicht verbunden. Dieweil aber dennoch solche Schneide-Mühle von Altersher zu dem Ritter-Guthe Cosse gehörig, die Unterthanen auch solche Bau-Führen unlängst unweigerlich gethan, nach mehrern Inhalt eurer Frage. So mögen dieselbigen sich für iho auch der Bau-Führen mit Bestande Rechtens nicht verweigern, sondern werden, daferne sie solche in guten nicht thun wollen, mit Auspfändung, Gefängniß und anderen geziemenden Zwangs-Mitteln darzu billig an gehalten. B. R. W. j. Dn. WERNH. Obs. For. P. 4. obs. 28. p. m. 158. Etenim cum tales opera ad prædii usum & emolummentum faciant, promiscue debebuntur.

## §. IV.

Determinationem operarum ordinariarum equestrium, De determina-  
cum ratione quantitatis tum qualitatis examinatam, sequitur opera-  
rum ordinariarum manualium & quidem ordinariarum examen.  
Conveniunt hæc, quodam quantitatis dubia cum operis eques-  
tibus ordinariis, ita, ut iisdem de causis limitentur, quas  
§. II. adduximus; sic per totam septimanam, sive per sex  
dies servitia a quolibet subditorum manualia exigi jure ne-  
queunt; nec etiam die feriato, nisi in casu summae necessi-  
tatis, cum subditi suis quoque utilitatibus & necessitatibus  
servire debeant. Quodsi nimis oneribus portandis fatiga-  
re suos veller dominus, aut nimis itineribus pedestribus  
consumere; limitari onus portatile & iter diurnum ita de-  
bet, ut subditi conserventur, & imbecillitatis humanæ con-  
ditio

ditio attendatur, i. e. mensura nunciorum consuetorum subditis quoque concedi debebit.

## §. V.

*De determina-  
tione opera-  
rum ordina-  
riarum ma-  
nualium, &c.  
qualitatem  
dubiarum.*

Pari ratione respectu qualitatis eadem regnant in determinandis operis manualibus principia, quæ in equestribus, nam & illæ non pro lubitu ad quaslibet species extendi debent, ne innumeræ oriantur opera, prout ex sequenti bus latius patescet. Ita Serenissimus Legislator cum conquererentur Ambtsassii præfecturæ Lipsiensi subjecti super Præfectis, quod illi inconsuetas desiderarent operas, als Gevräthe waschen, stärcken, flähren, Bad- und andere Stuben heizen, di Ställe austäumen, den Tünger aufladen und wegführen, decidit in der N. E. d. An. 1661. Tit. von Cammer Sachen §. Zum sechsten: Dass niemand über die Gebühr, und was von Alterß her nicht bräuchlichen gewesen, beschwerte, sondern männiglich bey alten Verträgen, Erb-Registern und Herkommen ruhig gelassen, wissen wollen, & verb. Bes fehlen ernstlichen derer von Adel und unsere mittelbare Unterthanen dergleichen ungewöhnliche und ihnen nicht zukommende Dienste keinesweges ferner anzumuthen, noch andern solches zu thun zu verstatten, sondern sie allereits bey ihren gewöhnlichen Frohnen ohne Neuerung verbleiben zu lassen, dolendum vero, quod hodie sepius Præfecti aliique, quibus opera tales debentur, in maximum subditorum pressorum prejudicium & damnum has determinationes non obseruent. Ex quibus colligere omnino licet, & Nobiles suos subditos, nisi aliud sit conventum, ad tales operas adigere non posse, nomine enim harum operarum non veniunt domesticæ, quæ plerumque a famulis & ancillis exhiberi solent, aut ligna incisa, & ad domum transvecta denuo in minutiores

res partes scindere, eaque ut & aquam in culinam transportare, massam panis depserre frāten, ac in furno excoquere, poma & rapas decorticare, ramenta findere, & scopas necdere, domum mundare, lavare, everrere, calefacere: Servitia enim domesticorum proprie non dicuntur rusticorum, quippe quæ ad agriculturam potissimum pertinent, BALTH. d. O. S. p. 274. Locorum tamen statuta, mores, consuetudines ac speciales conventiones ubivis sunt inspicienda, BALTH. d. l. p. 272. Cum jure communī nihil expressum habeamus & sape uno loco consuetum reputetur, quod alibi inusitatum est, ERHARD. d. Oper. Rust. Concl. 23. Lit. C. p. m. 227. ita subdit N. de B. zu P. per speciale conventionem de anno 1703. præter ordinarias operas manuales plures alias promisere: quæ junctim ita leguuntur, Korn haurn, dreschen, Heu machen, Mist breiten, das Sommer Getreydig aufharken, und einbinden, Breter, Schwarzen, Latten und Pfosten an gewisse Orte tragen, das gebraute Getränk, an Bier und Roffendt, so wohl Wein auf die Wagen schroten, und in Keller aufs Lager bringen, das Holz in die Küche machen, den angeführten Sand zu dem Brauhauß-Wege auf- und abladen, den auf denen Mist-Höfen derer Güter N. und N. befindl. Schutt und Kies-Sand auf- und abladen, zu denen Lehnen und Säulen des Schloß-Berges die Säulen Löcher machen, und Hand-Dienste darzuthun, zu denen auf dem Schloß befindl. 4. Börnen die benötigten Röhren aus- und einziehen, das angeführte Bau-Holz zu neuen Gebäuden zusammen auf einen Hauffen bringen, das Bau-Holz von alten eingerissen zu N. N. und N. weg schaffen, und nahe an das Gebäude, wo es angeführt wird, bringen, bey Aufführung eitiger Gebäude den Grund

graben, das Wasser, wenn ein Bottig oder Rinne zu Löschung  
des Kalcks gesetzet wird, in solchen bringen, den Schutt und  
Sand oder Kies, so viel dessen bei Ausfüllung in denen  
Gemüchern oder dergleichen Gebäuden auch Kellern benö-  
thiget, dahin tragen und ausfüllen, sc. quarum operarum  
plurimæ alias citra conventionem specialem non essent  
præstanta, sed moderationi serenissimi subjicerentur. Quæ-  
stio hic porro occurrit: An subditi, si dominus ab illis de-  
sideret, ut ipsi adversus fures & abactores in campis equos  
custodiant, & has operas præstent, adigi possint? Neg. cum  
ha opera ad insolitas merito reserri mereantur RICHT. Dec.  
198. n. 24. verb.

Democh dieweil dergleichen Dienste für sich verhaft,  
also daß sie über und wider die Verträge, Abschiede und  
altes Herkommen, Gewohnheit und Landes Ordnung  
weiters und auf neue Auflagen nicht zu erstrecken, und  
zu erweitern, als können auch erwehnte beyde Lehn-Leu-  
te eure Pferde auf dem Feld bey der Acker-Arbeit zu  
bewachen, wosfern ein solches nicht zuvor hergebracht,  
und gebräuchlich gewesen, wider ihren Willen nicht ge-  
drungen werden.

Porro zu Einreißung derer Gewölbe, Wegschaffung Schut-  
tes, Schlagung der Pfale zum Rost, Verschlagung und  
Aushauning der Bäume, non obligati sunt, ita resp. Sc. L. ad  
M. Schnabeln M. Maj. 1699. si eriam inter Dominos & subditos  
conventum sit, ut hi simum spargere debeant, den Mist  
breiten, so im Herren-Hof und im Schaaftstall gemacht  
wird, Dominus tamen subditos ad limum piscinarum den  
Schlamm aus den Eichen in agros dispergendum adigere  
nequit, cum sit contra conventionem specialem, ita pron.

F. J. L.

F. J. L. M. Aug. 1719. in C. C. W. de Döring : die Gemeinde  
zu Cr.

Das Klägers Suchen nicht statt hat,  
cum rationibus decidendi:

Obwohl Kläger anzuführen gewüst, daß er und die vorigen Besitzer in possessione vel quasi von 1. 2. 3. 4. 5. 10. 20. und mehr Jahren sich befänden, daß Beklagter den auf der Herrschaft Felder zu Cr. geführten Dünger zu breiten schuldig, und derjenige Schlamme, welchen er vor 2. Jahren aus dem Staritzer Teiche gehoben, und auf die Herrschaftl. Felder in Cr. geführet, zu Düngung derer Felder gebrauchet werden sollten, und Bekl. sich eventualiter auf die Klage einzulassen. Dennoch aber und dieweil aus dem Extract. sub D. fol. 12. zu sehen, daß Cr. allen Mist, so auf dem Hofe und im Schaafstall gemacht wird zu breiten schuldig, der Schlamme hingegen, wenn er schon zum düngen gebraucht wird, vor Mist nicht zu achten, ebenermaßen wie es auch mit der Asche, die zu Zeiten auf die Aecker gestreuet wird, beschaffen, und der Schlamme nicht von Herrn-Hofe, und aus dem Schaafstall kommen, auch die servitia stricti juris, und eines vor das andere nicht substituiert und extendiret werden mag, und Kläger darauf, daß er in der Possessio sey, daß die Gemeinde zu Cr. auch den Schlamme, und alles, was zu Düngung der Aecker an statt des Mistis gebraucht wird, zu breiten schuldig, nicht geklagt. So ist ii. e contra si subditi indistincte obligati sunt zu düngen, sunt etiam obligati den Schlamme zu breiten, ita resp. Scab. Lips. an H. Reichmann nach Pohl M. Maj. 1669. Pariter subditi, quando obligati sunt, ut canes venaticos ad venandum deducant, die Hunde bey Jagden zu führen, canes hos nutritre it. educare vel si fuerint laeti, cu-

rare, die Jagd-Hunde zu ernähren und aufzuziehen, it. wenn ein Hund von einem Schwein oder sonst verletzt, solchen heilen zu lassen, oder da sich einer ohne ihr Verschulden verlaufen, einen andern zu schaffen, nullo modo tenentur, nam hæ nova plane species sunt, cum debita specie necessario non connexæ, nec ei æquipollentes.

## §. VI.

*Concluditur  
omnis tracta-  
tio de opera-  
rum indeter-  
minatarum  
quantitate &  
qualitate cau-  
sela quadam.*

Ex his, de operarum dubiarum aut indeterminatarum ordinariarum determinatione, allatis decisionibus & exemplis sequens fluere cautela videtur. Quod in operis determinandis in primis observandum sit, an opera indeterminata tantum secundum quantitatem an etiam secundum qualitatem tales sint? Quod si posterius est, imprimis, ubi desunt conventiones vel pacta, illæ species omnes concedi domino debent, qua in illis locis sunt consuetæ, nisi manifestus abusus subditos inique oneret aut perditum eat. Si vero etiam species determinatae sunt, & circa extensionem dubium oritur, species has tantum ad illas, quæ sunt æquipollentes, aut fine quibus usus & emolummentum prædii legitimum haberi non possit, extendere licebit.

## §. VII.

*De determina-  
tione opera-  
rum ordina-  
riarum eque-  
strium & ma-  
naalium se-  
cundum cir-  
cumstantias  
ex parte Do-  
mini exigentis.*

Inter circumstantias primum occurrit Dominus, qui operas rusticæ quascunque exigit. Hic flatim queritur: an subdi domino ad vecturas ædilitias zum Bauführen des Ritter-Sitzes obstricti ad novas filiorum ædes exfluendas cogi possint, si illis sedes parare divisas veller; Neg. quæstio, cum opera restrictive sint intelligenda, ita ut conditio subditorum non fiat deterior. BERLICH. P. 2. Dec. 281. n. 44. TREUTL. Vol. 1. D. 2. th. 4. GARPZ. P. 2. Conf. 52. def. 7. obligationes ergo ad vecturas ædificiorum etiam indetermi-  
natæ

nata, de iis tantum adficiis accipi possunt, quae tunc, cum obligatio contraheretur, praesentia fuerunt, neque domino concedi potest, servitia in infinitum extendendi, ni in mancipia degenerare subditi debeant. Confirmatur hoc per similem questionem: an si filii dividant sedes, ita, ut plures emergant Domini, rusticis omnibus praestare operas teneantur? Resp. Debentur quidem filiis operae ita, ut si bona sint divisa, etiam quilibet a suis subditis, qui ipsi ratione pradii, vel intuitu jurisdictionis seorsim cessere, servitia exigere possit; HUSAN. d. Hom. prop. Cap. 6. n. 86. seqq. cum vero heredes omnes representent junctim personam defuncti, singuli operas easdem, quas defunctus exigebar, jure exigere nequeunt. BALTH. d. O. S. Cap. 7. cum alias vecturae tales ita crescere possent, ut subditus per totam vitam jumentis suis iisdem non sufficeret. Demum questionem: an nobilis operas rusticorum, quibus ipse non indiget, alias locare & delegare possit? jam negative & cum rationibus decidit BERL. Dec. 67.

## §. VIII.

Succedit circumstantiae ex parte domini operas exi-  
gentis adhuc altera ex parte personae vel subditi, qui praestat  
operas; ubi premonendum est, subditos alios quoscunque,  
operis praestandis non aptos, in suum locum subdelegare  
non posse, cum dominus alias operas debitas non recipere,  
ac subditus hoc modo finem operarum, pro libitu eludere  
posset. Ad operas tamen mulieres quoque adstringuntur,  
dummodo servitiis & operis satisfacere possint, e. g. ad li-  
gna dissecta portanda, quod vero ad alias operas duriores,  
ut ad palos grandiores terrae infigidendos &c. quibus expen-  
diundis sexus sequior par non est, non est extendendum.

*De determina-  
tione opera-  
rum ordina-  
riarum eque-  
strium & ma-  
nualium sec.  
circumstan-  
tias ex parte  
subditorum  
qui eas pra-  
stant.*

Cives etiam in Civitate minori, qui equos alue, vecturas ad ædificia ecclesiastica zu denen geistl. Gebäuden, jure debent, ceu resp. Conf. Supr. Dresd. ad J. G. Celium 1688. quia æque ac rustici sacris utuntur. In pagis subditi equos aentes, die Pferdner, solum vecturas, die Fuhren, incolaæ autem variæ generis, die Gärtner und Häusler, operas manuarias, die Hand Arbeit, præstare ad ecclesiastica ædificia jubentur, uti resp. Conf. Lipsi. an die Anspänner zu Kleineweh M. Jun. 1651. Ad operas tamen manuarias parochianorum non referendum esse das Stäcken, Latten, Kleben und Decken, sed operas has pro pecunia conducti debere ex arario communi parochianorum omnium pron. Conf. Vitemb. in c. der Eingepfarrten zu Melitz, test. HORN. *in disput. de præstat. paroch.* Quod si quis non sit paroecus, kein Eingepfarter, sed Forensis, subditus tamen Domini Jurisdictionis, vecturis ad ecclesiam, domum parochianam vel Scholam non obstringitur. Vid. LY NCK. Dec. 815. ibi daß bez lagter Schacher zu denen Kirchen, Pfarr- und Schul Gebäuden, als ein Auswärtiger, mit allen Frohnen billig zu verschonen, was aber sonst in der Gemeinde an Pferde Frohnen vorfällt, derselbe das Seinige, gleich andern einheimischen Hüßnern oder Pferde Frohnern, iedoch nach Proportion desjenigen, was auf seine Güter dafelbst kommen mag, und nicht nach Anzahl der Pferde, zu leisten schuldig, quæ scilicet tantum ad ecclesiastica ædificia conferre operas debent, qui illis sacris regulariter fruuntur, quales sunt subditi domicilium firmum habentes, KLOK. d. Contr. Cap. 10. n. 63. CARPZ. Jurispr. Conf. L. 2. def. 349. n. 8. seqq. vid C. S. p. m. 16. von der Pfarr. Herren und der Kirchen. Diener Behausung. j. Gen. Art. d. an. 1580. art. 32. p. m. 202. Quod ad ipsas veratas

cturas ædificiorum sacrorum attinet, & quiorem esse distributionem secundum numerum equorum, quam secundum numerum pagorum, illamque eligendam esse, donec probetur jus contrarium, decidit Conf. Lips. in c. des Pfarr-Baus zu Magdeborn anno 1713. imo quod parceianii nebst dem Geld-Beytrag auch zu Leistung der Röß- und Hand-Dieaste obligati sunt rescrib. Conf. L. in c. des Schul-Baues zu Groß-stedelin anno 1717. Ceterum ii, qui equis serviant, die Pferdner, in veculis camentariis Beyführung des Leims non sunt obligati ad plaustra oneranda, solchen aufzuladen, sed incolæ, die Häusler, uti pron. Conf. Lips. in c. des Pfarr-Baus zu Lüsse an. 1719. Omnes ergo hæ & similes circa personas determinaciones ex capacitatem earum, & ex natura operarum, quas debent, fluunt & deducuntur.

## §. IX.

Cum his personarum circumstantiis conjungitur cir- De determina-  
cumstantia temporis. Regulariter opera non debentur, nisi, tione opera-  
quando indictæ fuerunt a Domino, l. 13. l. 22. l. 24. ff. d. op- rum ordina-  
lib. sic die non noctu l. 1. ff. eod. nisi in casu necessitatis, hinc  
excubias nocturnas ad operas ordinarias trahere non pos- struum & ma-  
sumus. Quo tempore v. incipient opera, quo tempore nualium sec.  
desinant? quaritur, & resp. quod regulariter ductu naturæ, circumstan-  
a solis ortu usque ad occasum debeant præstari; quod ta-  
men cum moderamine accipiendum, ut tempore æstatis ab  
hora VI. ad VI. aut circa tempus paschale ad horam VIII.  
tempore hyemis ab hora VIII. ad IV. Vid. MULL. Pr.  
March. Ref. 99. n. 80. seqq. ita scil. tempus definiri debet, ne  
subditi æstate penitus exhausturantur, aut sauitatis jacluram  
faciant. Conventiones tamen speciales aut consuetudines  
locorum hac in parte ubique sere interveniunt, cum tri- turan-

turantes, die Trescher, etiam tempore hyemis, incipere  
debeant vel ante horam VI. vel hor. V. neque definire de-  
beant, nisi hora VI. aut tardius. Sic porro diebus festivis,  
an Sonn- und solennen Feyer- Tagen, opera subditis im-  
poni non debent, quia illis cura animarum non agrorum,  
reliquarumque rerum mundanarum querenda, l. 9. l. 7. C.  
d. Fer. nisi in casu summa necessitatis, MULL. d. l. n. 29.  
ibi: und haben die Leute im Nothfall die Dienste nicht zu  
vermeiden, außer dem aber bleiben sie auf Sonn- und Feyer-  
Tagen mit Diensten billig verschonet, it. und sollen die Leu-  
te des Sonntags, wenn es nicht die hohe unvermeidl. Noth-  
durft erfodert, mit Diensten verschonen. Subditi etiam  
operae præstantes, requiem omnino suam habere debent,  
ita equestres, die Pferdner, zum ausspannen und essen, &  
manuales zum essen, ubi iterum speciales conventiones sunt  
spectandæ, quod scil. temporis spatium illis sit relictum. In  
Marchia in æstate duas horas, in hyeme vero una hora saltem  
ad requiem subditis conceditur. MULLER. d. l. n. 81. Sie  
müssen ihre Dienste also bestellen, daß sie im Sommer zu  
Mittage zwey Stunden, und zur Winters Zeit eine Stunde  
nur ausspannen; interdum convenitur, ut intra certum &  
limitatum anni tempus opera tantum exhibeantur, ut in  
c. des Gerichts Herrn zu Zöbigker conventum, daß die Pferd-  
ner die Bau-Zuhren zwischen Martini und Lichtmess zu leis-  
sten schuldig seyn sollen, conf. §. 2. Cap. 2. Miscretur interdum  
cum tempore quantitas, ut si subditi & diebus quotannis opera-  
ras exhibere obstricti jussu domini ad loca diffusa mittantur,  
ita ut 5. dies abeundo & redeundo consumantur, quaritur  
an hi in numerum 5. dierum operis deputatorum computa-  
tri possint? Affirmative vero decidendum erit per l. 20. §. 1.  
ff. d.

*ff. de op. lib. STAM. de Serv. perf. L. 3. C. 21. n. 6. p. m. 687.* id  
quod & æquitatis ratio svadet, cum subditus non sit in cul-  
pa &c. &c., si alia ratione respondere velles, ipsa determina-  
tio dierum elideretur & inanis fieret.

## §. X.

Tempus excipit locus, cuius ratione non pauca ori-  
untur dubia. Regulariter opera in loco domicilii sunt præ-  
standæ CARPZ. *L. 1 T. 6. Resp. 57.* ita ut etiam opera in  
extruendo ædificio debita sine consensu subditorum ac ru-  
sticorum ad aliud pagum transferri non possint, licet duo pa-  
gi a Domino posideantur. HORN. *Class. VI. resp. 1. p. 315.*  
*VI. 5. p. 326.* Si vero eadem ædificia, ad quæ opera debentur,  
in aliud feudi locum transferuntur, opera denegari non pos-  
sunt. HORN. *Class. VI. resp. 5. p. 328. it.* si Dominus, cuī  
opera ad ædificia præstanta sunt, diruto castro alio loco id  
ædificare, vel restaurare velit, subditi operas ad hoc præstare  
debent, Idem *l. cit.* cum illi, qui operas debet, nihil noceat,  
an hoc vel illo loco, in eodem scil. pago exhibeat operas.  
Maxima quoque libertatis dominorum efficit coarctatio, si di-  
ruta arce, ne quidem locum in pago commodiorem eligere  
& ita rebus suis uti, liceret. Cum vero subditi ligna vel ali-  
as ædificandi materias advehere tenentur, eo respiciendum, ne  
ad remotiora loca mittantur. Cum itaque lis oriretur inter  
subditos zu Ostrau & Dn. Jurisdictionis, qui desiderabat ta-  
les vecturas nach Quedlinburg x. ad ferrum advehendum,  
subditi vero quod hæ vectura ipsi nimis essent onerosæ, con-  
quererentur, sequebatur rescriptum sub d. Dresden d. 24. Aug.  
1719. sequentis tenoris.

Von Gottes Gnaden, Friedrich Au-  
gustus, König in Pohlen, &c. Her-  
hog zu Sachsen, Jülich, Cleve,  
Berg, Engern und Westphalen, &c.  
Churfürst, &c.

Rath, lieber getreuer; Uns ist vorgetragen, und ver-  
lesen worden, was ihr in Sachen derer Welttheimischen Erben  
zu Ostra an einem: wider die dahin gehbrige Unterthanen am  
andern Theil, wegen streitiger Bau-Führen und Dienste auf  
unsern am 5ten Junii dieses Jahres, euch ertheilten Befehl  
suh dato den 17. Julii jüngsthin, nebst hierbey wieder zurück-  
kommenden Actis in aller Unterthänigkeit einberichtet; es ha-  
ben auch so wohl vorherwohl, als nach erhaltenner communication  
des Berichts beyde Theile zu ihrer Nothdurft in 3. Schrifften  
darneben allerdemuthigst und gehorsamst vorgestellet, immas-  
sen daraus mit mehrern zu ersehen. Nun tragen wir zwar des-  
rer Unterthanen fol. 82. an Uns eingewandten Appellation,  
so wir hierdurch rejiciret haben, zu deferiren bedenken, und  
lassen es bey angezogenen am 5ten Junii euch in der Sache er-  
theilten Befehl, auch der, demselben zu Folge von denen Welt-  
heis

heimischen Erben sol. sc. gemachten Caution bewenden. Nachdem aber gleichwohl die Unterthanen, in ihren, vom 19. hujus bey uns überreichten Memorial auch sonst in Actis über die weit entlegene Führen, wodurch ihr Vieh ruinaret und untüchtig gemacht würde, auch anders mehr allerunterthänigst sich beschweren. So ist hiermit unser Begehrren, ihr wollet bis zu Austrag des angesehenen Vorbescheids, es mit den Baufuhrern, bey denen Partheyen in die Wege richten, daß die Unterthanen mit ihrem Geschirr in einem Tage hin und wieder zu kommen vermögen, auch die herben geschaffte Bau-Materialia zu anders nichts, als zu dem Bau des Ritter-Guths, keinesweges aber andernwärts, verwendet, noch weniger verkauffet werden mögen, und euch solcher gestalt an expedition dieser und voriger Verordnung durch kein appelliren, noch sonst etwas irren lassen.

In Marchia ultra 6. aut 7. vel ad extrellum 8. millaria it. ultra 12. mensuras 12. Schffl. Körn, una vectura portandas obligatio vehendi non extenditur MULL. Pr. March. Ref. 99. n. 64. sic Conf. Lips. in c. des Pfrs zu Kleynföhna : die Eingepfarrten decidebat anno 1692. daß die eingepfarrten Pferdner die Schindeln zu dem Kirch-Dache auch außer Landes 5. Meilen her zu hohlen schuldig, wenn schon die Führleute solche wöchentlich durchs Dorff führten. Apud nos haec in parte ratio habenda est instrumentorum & equorum, uti in c. Taubenheim : Plotha videre licet verb. die Bau-Materialien von denen Orten, wo sie am nechsten in glei-

gleicher Güte zu erlangen, angeschaffet, und denen Pferdnern  
dergleichen Dinge, so sie mit ihren geringen Geschirren nicht ge-  
waltigen können, anzuführen nicht angemüthet werden. Mut-  
tatur etiam locus, si augetur novis agris prædium, E. auto-  
& amplificato prædio per emtionem novorum agrorum sub-  
diti in colendis illis agris præstare servitia sua indeterminata  
non tenentur, cum non purum & absolutum exigendi ope-  
ras arbitrium domini, sed per usum ac observantiam limitan-  
dum sit. HUSAN. de hom. propr. C. 6. n. 63. CARPZ. L. 1.  
Tit. 6. Rep. 54. Neque licet domino mutare loca, a quibus  
res devehendæ sunt, nisi specierum ratio plane sit indetermi-  
nata, ne augmento locorum novæ emergant species. Qui  
foenum e pratis domini avehere debebant, ut id aliunde, aut  
emtum ab alio adducant, non obligantur. Quaritur:  
si nobilis plures pagos posideat, de quibus singulis separa-  
tim jurisdictione investitus sit, atque in uno eorum, ubi arx  
nulla est, arcem aut aliud ædificium erigere velit, num sub-  
ditos alterius pagi ad vecturas compellere possit? In deci-  
denda hac quæstione ante omnia perspiciendum, an certæ  
ad hanc conventiones, ita ut subditi omnes omnino operas,  
etiam ad ædificia extra fundum ordinarium sita præstare  
debeant, quo casu nullum de exhibendis operis dubium erit,  
His vero deficientibus ad aliam operarum præstationem adi-  
gi non possunt per Dec. El. 33. verb. daß die Unterthanen zu den  
nen von alters her befindl. Gebäuden berer Nittergüther &c.  
unde rustici in iis saltem locis, ubi nobiles ac domini suas ha-  
bitationes ante habuerunt, servitia in convehenda materia ad  
ædificium necessaria præstare obligati sunt, non autem ad ex-  
structionem novi ædificii, ubi quondam nullum ædificatum  
fu-

fuit. RICHT. Dec. 98. n. 22. licet vero regulariter servitia in loco domicilii sint praestanda CARPZ. L. i. Tit. 6. resp. 54. limitandum hoc tamen est, si in Domini territorio ejus materia, cuius exstremenda adficia summopere indigent, penuria existat, aut æque proba & accommodata haberri non posset CARPZ. Ipr. For. p. 2. Conſt. 52. def. 5. tunc enim subditi ex aliis vicinis locis materias adficiis necessarias advehere obligantur, ita pron. F. J. L. in c. Siegfried von Schönfeld zu Grünberg M. Mart. 1622. Ob nun wohl die Unterthanen solche Fuhrē ausserhalb Churfürſtl. Durchl. zu Sachsen, unsrē gnädigsten Herrns Land, zu thun sich verweigern, da ihr aber dennoch innerhalb Landes an keinem näheren Ort, weder Schindel-Holz noch Ziegel antreffen könnet, so wären eure Unterthanen dergleichen zu euren fürgenommenen Bau gehörige Materialien von andern Orten auch aus der Obern Laufniz, zu holen, und nach Grünberg zu führen schuldig.

## §. XI.

Occurrit ulterius circumstantia Instrumentorum, ut  
equorum, plaustrorum, vomerum, aratorum, ligonum, bi-  
dentum, furcarum, rastrorum, sarcularum & id generis alio-  
rum fossiorum & ruralium. Hæc enim, sine quibus do-  
mino servitia permulta praestari non possunt, non solum a  
subditis regulariter comparari, sed &c, si forteanrupta aut  
fracta fuerint, refici debent. Husan. d. hom. prop. Cap. 6. De determina-  
tione, opera-  
rum ordinari-  
arum equeſtri-  
um & manua-  
lium sec. cir-  
cumſtantias  
Inſtrumento-  
rum.  
n. 95. p. m. 35. Erb. Concl. 26. p. m. 233. Quodlibet hostibus,  
prædonibus aut aliis instrumenta ad operarum præstationem  
necessaria diripiantur, aut inepta reddantur, queritur: an

domini ad damnum resarcendum sint obligati? Licit autem affirmativam nonnulli tueantur sententiam. vid. Erb. d. l. negativa tamen juri videtur conformior, cum nemo ex alterius facto obligetur l. 5. §. 5. d. N. O. N. l. 155. ff. d. R. J. Prædonum quoque hostiūrāe incurſus casib⁹ fortuitis annumerandi sint. l. 19. ff. commod. l. 33. 41. ff. locati. Quodsi vero culpa domini accedat, si e. g. incurſum hostiū sciverit, ad operas tamen non absolute necessarias subditos adhibuerit, tunc omnino æquum videtur, ut Dominus in cōsortium damnire ſarcendi veniat, aut Instrumenta ſolus reſtituat. In oneribus portandis aut vēhendis conditionis instrumentorum & equorum ratio neceſſario habetur, ne quid, cui instrumen- ta rufſtīca & equi non ſufficiunt, requiratur, uti in c. Tauben- heim &c. Plotha allegavimus §. 10. nam alias ipſe rufſtīcū ſer- viūis īneptus redderetur. Quandoque dominus adjuvare debet propriis ſuīſia instrumentis mit ſeinem eigeñen Geschirr, id quod ex ſpeciali conventione petendum erit. e. g. ſi præ- diūm rufſtīcū ſerviūis illis obnoxium comparaverit, ne, operis ſe ſubducendo, reliquos gravet ſubditos.

## §. XII.

*De acterni-  
natione carun-  
dem ſec. cir-  
cumflanzias  
preūi.*

His de instrumentis obſervatis jungimus circumſtan-  
tiām pretii & vietus, der Lieferung, in compensationem  
operarum praſtitutum exhibendi. Evidem regulariter  
ſubdit ſuīſi ſumptibus, ſibi ipſis alimenta curare debent.  
RICH. D. 98. n. 10. l. 8. ff. d. op. hb. Id enim non ſolum  
commuṇiſimā Dd. ſententia, ſed & communi obſervantia  
convenire ait BALTH. Cap. 15. Subditos ſolvere teneri in  
ope-

operis equestribus das Stallgeld non das Geleite resp. F. J.  
 L. m. Jun. 1701. ref. Magnif. Excell. Dn. LÜD. MENCKE in  
 Theor. Prax. L. 38. Tit. 1. §. VII. Cum vero tota hæc ma-  
 teria a consuetudine magis, & specialibus conventionibus,  
 quam a jure scripto, dependeat, hæc quoque eandem optu-  
 me interpretabuntur. Sic datur e. g. auf ein jedes Ge-  
 schirr ein Viertel Hafer Leipzighes Maß, und ein Bündel  
 Heu, und dann, wann sie ausgespannet und abgeladen haben,  
 eine Suppe samt Käse und Brodt, desgleichen eine Kanne  
 Bier uti conventum in c. Domini Jurisd. zu Göbigker. inter-  
 dum caseus cum pane, ein Käse und ein Stück Brodt, uti in c.  
 Domini Hær. zu Graßdorff conventum cum subditis in con-  
 ventione vulgo dicta den Leutzscher Anschlag rubr. Hand Frö-  
 hnens die zu gewissen Tagen nicht gerechnet, ibid. darüber wird  
 jeder Person 1. Käse und 1. Stück Brodt gegeben. & in eadem  
 conventione circa sumum spargendum: darüber wird in ei-  
 nem Hoff 4. Käse und 1. Brodt gegeben. Modo panis ordi-  
 natus est, modo aliud quid pro re nata ad subditum levandum  
 praestatur, uti in c. Domini quondam hæred. zu Hohen-  
 Priesnitz in Pacro Ao. 1679. erecto conventum est, ein halb  
 Pfund Wagenschmier über Land. Varie igitur id pro di-  
 versitate locorum & conventionum determinatur, aut usu  
 observatur, ubique tamen ejusmodi panis, caseus, &c. dari  
 debet, qui edi ac in usum corporis cedere possit, cum alias sub-  
 ditii justam habeant conquerendi causam. De cetero æquitatis  
 est, si subditus ex inopia se ipsum alere nequeat, ut alimenta  
 a Domino subministrantur. l. 18. 19. ff. d. oper. lib. cum is, qui  
 alteri vivit, ab altero etiam jure vivere debeat, ubi hi  
 sumus semel determinati sunt, in aliam speciem mutari non  
 possunt. GROLM. d. op. deb. mut. p. 1. cap. 2. §. 1

## §. XIII.

*De determina-  
tione earun-  
dem sec. cir-  
cumstantias  
mutationis.*

Monet hoc nos, ut de circumstantia mutationis non nulla subjugamus. Regulariter quidem opera in alias mutari non posunt. *Stam. d. Serv. pers. L. 3. C. 21. n. 7. HUSAN. de hom. prop. Cap. 6. n. 16.* & de mutatione operarum debitarum, von Veränderung der schuldigen Dienste prolix scripsit GROLMAN. tribus partibus, ubi imprimis p. 1. cap. 2. illicitam mutationem exponit. Nos faltem unam vel alteram attingemus questionem, modo prämisserimus aliam esse mutationem specierum in alias species, aliam vero mutationem operarum quarumcunque in pecuniam. Sic quaritur: si Dominus servitia in colendis agris habeat, an ea in operas vecturarum publicarum sive Landföhren convertere possit? Negativam amplectimur sententiam, cum hæc servitia plane nullam habent convenientiam cum aliis, ut etiam decidit C. P. Wittenb. in c. Nicol. à Listens. anno 1624. ref. Greg. in Diff. de op. pos. 3. Alia vero ratio esse videtur, si v. g. per 3. dies ad lupulum decerpendum, glandes aut uvas legendas den. **Herbst einzumachen**, obligati sint subditii, anno autem illo lupulus, glandes aut uva non provenerint: tunc enim determinatae illæ 3. dierum opera in alias similes converti posse non dubito, licet aliter sentiat ERHARD. *all. loc. concl. 7.* Distinguendum enim est hac in parte inter eas, qua nullam plane habent convenientiam, & alias, qua æquipollent: posteriori casu cum mutatio hæc operarum debitorem non gravet, hæc ipsa non est improbanda, nec æquitati inconveniens habenda, cum alias domino tales debita opera per annum nulli forent usui. *BALTH. c. 16. GROLM. p. 2. cap. 4. §. 26. 27.*

Sic

sic operas rusticorum, si domino inutiles vel damnoſe ſunt, ab hoc commutari, vel de loco in locum transferri poſſe, dummodo mutatio iſta duriorem conditionem non inſerat ſubditis, & caveatur idonee de prioribus non amplius exigendis, resp. Scab. Lips. ad H. Löſern zu Saßliß M. Decembr. 1693. De mutatione in pecuniam ſtaruendum, quod regulariter opera quæcunque, & ita etiam indeterminata, invitit ſubditis non poſſint in pecuniam mutari. RICHT. Dec. 98. n. 31. GROLM. d.l. p. 1. c. 2. §. 11. ſeqq. quia id ſaltem ſubditus, ad quod ſe obligavit, praſtare tenetur, in obligatione autem non pecunia, ſed opera eſt, ergo nec ad hanc ſubditi invitit cogi poſſunt, ſicuti aliud pro alio recte non ſolvitur. l. 99. ff. d. ſolut. niſi aliud loci conſuetudo vel conditio domini ſuadeat, GROLM. all. l. P. 2. Cap. 4. §. 14 ſeqq.

## §. XIV.

Atque ex his omnibus appetet determinatio ope- *De determina-*  
 rarum ordinariarum quomodo cumque ſere dubiarum & tione opera-  
 in item traſclarum; Superefit autem extraordinariorum  
 ex iisdem principiis determinatio. Etenim ex natura  
 extraordinarii patet, quod etiam illis, qui operas omni-  
 mode indeterminatas habent, non poſſint jure imponi,  
 niſi adſit neceſſitatis caſus, nam indeterminatae opera-  
 non debent libidini dominorum, ſed neceſſitatibus &  
 utilitatibus prædiſ ſubvenire. Patet porro, quod ceſ-  
 ſante neceſſitate & utilitate ceſſare ubique debeant, ne  
 ſubditi ſine ratione graventur, quæ omnia ex ſequenti-  
 bus latius intelligi poterunt; Pertinet ſcil. huc cuſtodia,

hic

*rum extraor-  
dinariarum  
cum equeſtri-  
um tum ma-  
nualium.*

H

die Bewahrung derer Ritter-Size per P. 2. *Const. El. 51. j.*  
*Mand.* wider die Einbrüche auch Diebs- und Räuber-  
*Rotten* d. anno 1710. §. wir befehlen w. & d. anno 1717. §.  
 für allen Dingen w. w. Regulariter enim ad custodiam  
 nocturnam subditi non sunt obligati, sed tantum in ca-  
 su necessitatis, quo præsente omnes indifferenter subdi-  
 ti ad excubias agendas obstringuntur, CARPZOV. *ad*  
*dīd. Const. def. 3.* Et si forsan lis oriretur circa vi-  
 etum in his excubiis, constuetudines & conventiones  
 sunt attendenda, *Const. vero El. Sax. 51.* excubias extraordi-  
 narias agentibus regulariter panem caseumque suppe-  
 ditari vult. Pertinet huc custodia maleficorum, quan-  
 do subditi aut rustici hos in loco carceris custodiare de-  
 bent, ad quas operas regulariter non sunt obligati, nisi  
 consuetudine fuerit introducendum CARPZOV. *ad d. Const.*  
*def. 15.* nam hæ opera ad Jurisdictionem tantum per-  
 tinent, &, ex defectu carcerum a dominis rite præpara-  
 torum & exstructorum, maximam partem proveniunt.  
 Pertinent huc porro servitia ad ædificia dominorum no-  
 viter exstruenda, aut bello aut casibus diruta custodienda,  
 de quibus BERL. *P. 2. Concl. 65. it.* Excubiae quæ  
 exiguntur in nuptiis, solemnibus baptismalibus, Kind-  
 tauffen, ut & funeribus dominorum, it. quando rustici  
 per vices singulis diebus cum hasta in publico quodam  
 loco custodiam exercere debent, wann sie bei dem Amt-  
 Hause aufzutreten müssen. Quodsi jam queritur, quæ-  
 nam harum & similium operarum, ubi indeterminatas  
 operas subditi debent, exigi casu necessitatibus possint?  
 Resp. omnes has, nisi eas consuetudo perpetua aut con-  
 ventio-

ventiones in ordinarias mutaverint, casu existente jure  
exigi, si provinciae mores receperint, nam indetermina-  
ta opera non debent degenerare in operas plane insolu-  
entes aut subditos in mancipia mutare. Ultimo liceat  
hanc addere questionem: an Dominus subditos suos,  
qui equos alunt, si metuuntur invasiones praeponum, fu-  
rum aut hostium, dasse sive die Strafen bereithen, adige-  
re possit, & videtur, et si ad sit jus exigendi operas inde-  
terminatas, neganda questione, cum tales species servitio-  
rum apud nos non sint receptae, rusticis imponant publicum  
aliquod officium, & ex fine operarum rusticarum  
non fluant.

## §. XV.

Ad omnes operas, & ita vel maxime indetermi- De mediis, quo-  
ratis ad ope-  
ras, maxime  
indetermina-  
tas, ratione  
quantitatis  
aut qualitatis  
adigendi.  
natas, si contra jus fasque morosi sint subditi, jure  
adiguntur, in qua quidem re inter operas determinatas  
atque indeterminatas nihil intercedit discriminis. Scilicet  
media, quibus morosi ad operas praestandas cogi pos-  
sunt, sunt varia. BERL. L. I. Dec. 65. CARPZ. ad P.  
2. Conf. st. Def. 16. sic mulcta pecuniaria hec 1. 2. 3.  
Neuschöf &c. Arresto personali, pignorationibus jumen-  
torum, aliquisque remediis ad præstationem operarum  
cogi possunt. HORN. Cl. 12. resp. 63. p. 877. Ita ut,  
quando contumacia & resistentia est magna, relega-  
tione etiam puniri possint. CARPZ. d. I. GAIL. L. I.  
Obs. 17. n. g. BERLICH d. I. n. 9. j. Resol. Grav. d. anno 1661.  
Tit. von Justizien Sachen. §. 37. Operarum etiam in-  
determinatarum præstatio non est indiscrete ferro, gla-  
dio,

dio, flagris, compedibus &c. urgenda, nam talis modus  
mancipiorum statum ostendit, quem Principes nostri  
indeterminatis operis nunquam intenderunt, subditis  
perit vita ac sanitas, imo s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> eos ad desperationem  
adigit, multo minus duriora media locum habent ad-  
versus illos, qui probabilem contradicendi causam non  
solum adducunt, sed & verisimiliter ostendunt, KLOK.  
*Tom. III. Conf. 147. n. 24. p. 550.*

## §. XVI.

*De causis, qua<sup>e</sup>  
eos, qui ope-  
ras, maxime  
indetermina-  
tas debent,  
legitime excu-  
sant.*

Dantur etiam causæ, quæ eos, qui operas etiam  
indeterminatas debent, excusant, quando scil. propter  
morbum vel aliam corporis debilitatem, uti senium,  
impeditunt operas præstare, *I. 17. I. 23. §. 1. ff. d. Op.*  
*lib.* morbus enim regulariter ab iis muneribus vacatio-  
nem tribuit, quæ corpore adimplenda sunt, *I. 2. §. 7. ff.*  
*d. vac. mun.* Apud nos tamen cum ha<sup>e</sup> opera prædiis  
inhærent, per substitutos eas præstare tenentur, quia non  
per dominum, quo minus opera prætentur, impe-  
diuntur. Quodsi vero rusticis furto aut per milites bo-  
ves aut equi, quibus vectura & similes opera præstan-  
tur, sint crepti, & propter inopiam eos procurare non  
possint, humanitatis ratio erit habenda. Legitime in-  
terdum excusantur & liberantur subditii certis diebus  
a servitiis, ut ob funera sepelienda. vid. MULL. *Pr.*  
*March. Ref. 99. n. 86. ibi:* derjenige so eine Leiche in sei-  
nem Hause zur Erden zu bestätigen hat, hat einen gan-  
zen Tag frey, die so das Grab machen, einen halben  
Tag, die übrigen aber, welche der Leiche folgen, haben  
frey

frey so lange das Leichen-Begängniß währet, ne opera inhumanitatem contrahant; constitudines tamen locorum hac in parte sunt observandæ, uti varias recentest species d. MULL. all. l. n. 37. seqq. v. g. ob pecora pascenda, ob panem coquendum, backen, verb. und wenn die Cossathen Brod backen, einen halben Tag frey, vel ob puerperium, quando scil. uxor peperit und in denen Sechswochen lieget, vel ob pestem, vel ob incendium exortum, sic aequitas suadet, ut, si rusticus contra suam culpam ades habeat ruinosas, a serviis ipsi concedatur tamdiu quædam exemtio, donec eas pro necessitatibus suis refecerit, quo fac. prejud. apud RICHT. Dec. 78. und es hat sich begeben, daß vor und nach dem Decret die Zeiten so schwer worden, daß ihr nicht eure eignen Hufen Landes vielweniger den von Harras etwas bestellen können, also gar, daß alles vde und wüste biß auf diese Stunde liegen verblieben, und ihr nicht einen Pfennig Nutzen schaffen können. Woferne es sichs nun eurem Bericht nach verhält, so seyb ihr bey so gestalten Sachen, da ihr eure eigene Hufen Landes ohne eure Schuld und Verwahrlosung aus Armut und Verderben nicht bestellen können, den von Harras die Frohnen von selbigen Hufen zu bezahlen nicht schuldig.

## §. XVII.

Denique de actionibus, qua ratione Dominorum & subditorum exinde in foro nascuntur, agi posset, sed materiam occupavit GROLMANNUS in P. III. de mut. op.

*De actionibus,  
qua ratione  
dominorum &  
subditorum  
exin in foro  
nascuntur.*

*sp. deb.* ubi explicat actiones, quas habent domini contra morosos subditos, operas præstare denegantes, & simul actiones, quas habent subditi contra dominos, duriores & nimis gravantes. Tot hic in foro etiam Saxonico occurunt observationes, tot circumstantia, ut aliis occasionibus hæc merito a nobis referventur.

## T A N T U M.

---

### E R R A T A.

In Proem. p. 4. lin. 2. Erleut. l. Erleb. p. 6. lin. 10. 51. l. 52. p. 7. §. III. lin. 15. demetendus l. demetendas. p. n. §. VI. lin. 10. 151. l. 251. p. 14. lin. 12. Seell. Saal. p. 17. lin. 7. Eund. l. Eand.



## COROLLARIA.


1. Barba est generis fœminini.
2. Qui mactat Patrem suum, ille non peccat.

COLLARIA  
Pugnacis  
Gymnasticae  
des  
beatae



4782






**ULB Halle**  
005 361 524

3



vD 78





DIVINO FAVENTE NUMINE  
DISPUTATIONEM  
HOECK NERIANAM,  
DE  
OPERARUM  
INDETERMINATARUM  
DETERMINATIONE,  
S E U  
Von  
Angemässener Dienste Ermäßigung  
NUPER HABITAM,  
EXCELL. DOMINI AUTORIS  
INDULTU  
DENUO DEFENDET  
D. XXV. DECEMBR. ANNO M DCC XX.  
THOMAS WAGNERUS,

LL. AA. S.  
OPPONENTE  
ANDREA WAGNERO,  
LL. AA. S.